



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536


urn:nbn:de:hbz:466:1-12149



5

+
VII 38.

Th. 5875.



+ Donloe Torres.

CHRISTIANA
ET DOCTA DIVI
ALCHIMI AVITI VIENNENSIS ARCHIE-

episcopi, & Claudij Marij Victoris
Oratoris Mafsiliēsis, poëmata, aliāq;
non poenitenda.

Per Ioannem Gaigneium Parisi
num Theologū è uetustis, libra-
rijs in lucem asserta,
suoq; nitori restituta.

quo
rum catalo-
gum proxima pa-
gella indi-
cabit.

*Ex Legato Celmi Prinsipi Ferdin. Epi Paderb. et Monaster.
A. 1683.*

VAENEVNT LVGDVNI A VIN-
CENTIO PORTONARIO.

Cum priuilegio Regio ad quadriennium.

Collegij Letis 1680 Paderb.

1 5 3 6

Ferdinandi Furstenbergij

15

INDEX EORVM QVAE HOC
libro continentur.

DIVI ALCHIMI AVITI

- De initio mundi & primorum parentum creatione
De primorum parentum transgressione
De parentum à Paradiso expulsiōe & sententia domini
De diluuiō mundi
De transitu maris Rubri
De consolatoria uirginitatis laude ad Eusciam sororem
Homilia de festi Rogationum institutione ad populum Viennensem
habita
Apostolicae tres ac pietatis plenissime Romanorum pontificum ad
Viennenses episcopos epistole

CL. M. VICTORIS

- De historia Geneseos libri 3.
De peruersis suae aetatis moribus lib. 1.

IOANNIS GAGNEII PARISINI

Theologi

- De sacro Christi corpore in Eucharistia Carmen Hendecasyllabon
Diuo Leufredo sacrum.

FRANCISCO GALLIA

RVM REGI CHRISTIANISSIMO. ET

inuiētissimo Ioannes Gagneius

Parisius Doctor Theolo

gus, Salutem in Christo

perpetuam.



Quum ita natura cōparatum esse uideamus, imo uerius naturæ oblæsæ uitio omnibus dūtaxat non abiectissimæ deploratissimæq; uitæ hominibus inditū, appetentem ut senectutem refugiāt, suarumq; facultatum omnium & fortunarum dispendio (siquidē fieri possit) redimere, proculq; abs sese amandare cupiant instantē. FRANCISCE REX CHRISTIANISSIME: nescio tñ quo pacto id euenit cæteris penè in rebus oībus uetustatis ut imaginē desiderēt, suspiciāt, ac uenerētur prope. Aedificiorū enim nō ea quæ aut auro splendēt, aut multiphariam uario marmore pellucēt, sed quæ aut immani mole, aut inuiso atq; incognito quodā nobis artificio uetustatis effigiē præ se ferunt, admirationi esse solēt ac stupori, præsertim

hīs q̄ in rebus cēsendis sensu aliquo ualent ac
iudicio. Perinde quod ad rē uestiariā attinet,
nō serica, nō aurea, nō preciosa demū queq̄
uestimēta (que iā infimę cōditionis hominū
luxu euiluerūt) materie ipsa licemur ac suspi
cimus: sed si quid est ad uetustatis illius sacrā
& religiosam indolē effictū, & elaboratum
huc oculos oēs certatim cōijcimus: adeò ue
tustatis illa caries, que rugā nobis obducere,
fastidiūq̄ ac tediū solet gignere, rebus alijs
pene omnibus, suis quodammodo tenebris
splendorē, ipso autē tēpore autoritatē addit
& preciū: tum uero plasticæ ac statuariæ in
eaq̄ maxime uirorū illustriū numismatis &
imaginibus ac statuīs, quas uernacula no
stra lingua Medallas nuncupamus, mihi si
uocabuli ^{ἔθνυμον} diuinare concessum esset,
aut aliqua ualerē in indendis rebus ipsis no
minibus autoritate & gratia, qua nō infceli
citer ualet suæ gtatis lōge doctissimus, tuiq̄
regni imo totius orbis literarij, quo quouer
sum imperij sui limites Philologia extēdit,
lumē unicū Guillelmus ille Budeus, mihi in
quā si id essem autoritatis aut patrono tali
adiutus, quod tua bonaq̄ illius uenia dixe
rim,

rim, metallicas placeret appellare, ab ipsa nimirum unum fuerit conflaturum metallorum materia. Istiusmodi sane numismata quod uetustiora fuerint, & uendibilia esse, & praestabilia ceteri, nemo ambigit, cui uel paucos dies in regia tua uersari licuit: quorum tu admirator quum sis ac ceteror uerissimus, addam etiam antiquitatum omnium adulator uehementissimus & obseruator, regiae tuae hominibus studium ingenerasti unde locorum cumque explorandi, cariosisque ipsa est monumentis & squallidis eruedi. Audiui ego non semel eius generis statuas & imagines ad miraculum usque te admirari modo quae tanti regis praeconio dignae forent iudicioque non lapsabundo: neque enim es hac in re aliusque ceteris omnibus & estimandis uulgaris homo iudicij. Quamobrem factum est ut earum rerum admiratio tua, & uerum non sine liberali & magnifica acceptione obseruatio uehementis, quam plurimos hodie nobis pepererit antiquarios: quo nomine id genus ego homines non incommodum mihi appellare posse uideor. Quum enim priscarum uocum obsoletarumque ac longo iam usu desitarum curiosos indagatores, & scrutatores solici

tos, Tranquillus appellet antiquarios, quur
nō itē antiquitatū aliarū studiosos confecta
tores, & ut ita dicā, terrę monumētōrūq; uis
ceratores anxios, iure uocem antiquarios?
quos propiore Gręci magisq; proprio uoca
bulo (ut foelicior est lingua illa & multò co
piosior) φιλαρχαίος dicunt. Ego proinde quū
placere tibi illustriū uirorū statuas & iā du
dum ab alijs audijssem, & ex me ipse didici
sem, totū me huic studio dedidi, inuestigan
disq; ueterū locorū monimētis trimestrem
dedi operā, si quas fortassis inde statuas erue
re possem tibi non futuras ingratas: sed eas
scrutatus multò alterius generis notæq; insi
gnioris quā quæ tibi offeruntur indies, etiā
si inauratas atq; aureas & uetustate ipsa ue
terrīma nobiles ac fumosas quispiam offe
rat. Hominē nempe, uerā illā Dei quatenus
homo ipse humanusq; est imaginem, quum
exploratum sit duabus summum partibus
cōstare, animo uidelicet & corpore, & suas
cuiq; respondere statuas & imagines, eas in
dubiè longè tibi gratiores fore iudicauī, quę
animi ipsius (quem si Platoni credemus so
lū uerūq; hominem arbitrabimur) uim ener
giamq;

giãq̄ referūt, quã quę ipsius uultus, propor-
tiones, lineamētãq̄ oĩa: Quãtoq̄ ipsissimũ
Cesaris ingeniũ siquidẽ oculis cerni possit
uidere malis quã extrariã corporis illius for-
mã ac statuã, tãtò cõfido acceptiores tibi fo-
re illustriũ hominũ animi quã corporis ima-
gines. Nã præterquã quòd in pingēdis homi-
nũ fingēdisq̄ statuis, etiã si artifices naçta sit
peritissimos statuariosq̄ ethicos ac maxime
industrios, plerũq̄ ars fallit: ipsa quoq̄ cor-
pora aut morbo, aut ìgrauescēte senio, ac ut
nihil aliud accidat aduersi, ipso certe tẽpore
singulis quibusq̄ lustris immutari uidemus:
quę ut sibi etiã cõstiterint immutata, ac ueris-
sima sint eiusmodi imagines suorũ corporũ
exẽplaria, nõ nisi corporũ esse possunt, easq̄
una cũ suis corporibus ut materiei solidi-
tate annos aliquot durauerint, carie tandem
exedi luce clarius est. Solidiora ergo quum
sint animorum monimēta immortalium, è
uetustis illa locis conquirendi me deside-
rium cœpit. Ea sunt religiosorum hominũ
& eruditorum scripta, quæ non abs re ani-
mi statuas atq̄ imagines nomiãre licet, quũ
ille Peripateticæ scholæ autor Aristoteles

videtur

a 4 uoces

uoces esse dicat earū quæ sunt in anima affe-
ctionū notas & indices, & seruator ille nos-
ter quæ de ore procedunt de corde prodis-
re asserat, cordis nomine uim illam sentiēdi
intelligendiq; primariā accipiēns, quā locū
sibi in corde principē posuisse credunt, qui
sunt inter philosophos melioris notæ existi-
mationisq; antiquioris. Antiqua ergo uiro-
rū optimorū & doctissimorū monumenta
moratas ego imagines καὶ τοὺς ἠθοποιῶν εἰκόνας
appello, hoc est morū concinnatrices & ani-
mi formatrices: quæ nec interitum ab ætate
nec uiciū sentiunt ullū, nec ipsius scribentis
fallacem uultum sed apertum pectus expris-
munt, animumq; non fictū, neq; enim mi-
hi uidetur piè ac religiosè posse scribere qui
non idem pius sit ac religiosus: quēadmo-
dū neq; erudite qui non ipse fuerit eruditus:
quippe fallacis hominis animus mentiri ue-
ritatem nō potest, nec sapientiā insipientis.
Igitur docta & pia antiquorū hoīm scripta
ipsissimas uidelicet illorū animi imagines
perscrutari quū in animū induxissem, coepi
ueterū librariarū monumenta uerrere ac fos-
dere, & uetustissima religiosorū hominum
ccenobia

coenobia, quæ uirorū olim sanctorū & do-
ctorum centurias nobis pepererunt & exa-
mina: quorum moribus ac religioni iuncta
erat bonarū literarū ac disciplinarū peritia:
quā hodie (proh pudor) nulla prorsum in gē-
te hominū desideramus magis: quāquā for-
tasse nō tā est nostratiū monachorū, quā eo-
rū qui regēdis illis & instituēdis præficiūtur
incuria: quibus nihil est prius quā expilatis
edibus loculos explere: ac neglecto interim
publico rē suā facere & augere: quū tamē nō
desint intra consecrata illa peristylia bona
adulescētū ingenia ad literas & pietatē foeli-
citer nata, modo nō deessent talibus īgenijs
dignī parētes ac patres. Igitur Diuione agē-
ti mihi, & sacra religiosorū fratrum sodalitia
inspicienti (quod fere facio recēs in urbem
aliquā appulsus) indicauit homo cōsiliij mei
nō ignarus Panagius Hocedius abbas Ho-
necurtius utraq; ipse humanitate humanissi-
mus, esse ī antiquo coenobio quod diuo beni-
gno sacrū est, uetustissimā librariā bonorū
librorū ut existimabat refertissimā. Addu-
ctus ego hominis mei amantissimi hortatu
& cōsilio, loci illius subpræfectū (ipsi priorē
a j appellant)

a j appellant)

appellât) adeo fratrem Antoniũ à medio pon-
te uirũ religiosum sanè suiq̃ instituti obser-
uâtissimũ & eruditũ. Peto & ipetro, qua il-
le est morũ facilitate, inspiciẽde mihi librarię
copiã ut faciat, quò ego comitate illo quum
peruenissem, & ille per imodicũ puluerẽ &
sitũ ab euoluẽda libraria dehortaretur, cõie-
ci statim latitare posse preciosam aliquã in-
uili puluere drachmã, nec uanus augur. Nã
preterquã quòd supra triginta pietatis & eru-
ditionis plena illic uolumina reperi nobis
adhuc incognita, offendi poemata Diui Al-
chimi Auiti Viennẽsis archiep̃i, cuius statim
ab initio sui grauitate & gratia carmen pla-
cuit: est enim poëta grauis ac minime turgi-
dus, addidit etiã autoritatẽ argumẽti de quo
tractat dignitas. Adgaudebã mihi sanè &
instar mulieris illius euãgelicæ quæ inuenta
drachma amicos cõuocabat sibi cõgratula-
tuos, adeo Benedictũ illũ Theocrenũ Graf-
sensẽ episcopũ, iuxta sui ethymologiã co-
gnominis bonarũ disciplinarũ & literarum
fontẽ diuinũ & copiosum, nouũq̃ illi thesau-
rũ permitto inspiciẽdũ, hoĩs ea in re iudiciũ
desiderãs, quẽ dudũ norã prosa oratione ac
metro

metro, supra oēs nr̄e etatis hoīes utraq; etiā
lingua insigniter ualere, adhęc dicēdi faculta
te extēporanea foelicē, dignūq; talibus disci
pulis liberis illis tuis illustrissimis p̄cepto
rē. Ille ut poēma de manu nr̄a gaudibūdu
arripuit, partēq; relegit ipsius, dignum ratus
quod maiestātē tuā latere nō oporteret, insi
nuauit ingētem mihi librorū thesaurum res
pertū, quod tibi inuentum iucundum fuisse:
quum per illum intellexissem, cōtinuo li
brū primū exscribendū curauī, & illustrissi
mo Cardinali à Lotharingia uiro literarum
imprimis studioso bonarū, literatorūq; amā
tissimo offerendum. Ille uerò prima statim
fronte tā docti poēmatis dignitatē subodo
ratus & gratiam, & suopte ingenio ingenij
tui sibi cōsciū, maiestati tuæ gratū fore iudi
cauit: tibiq; uersuū aliquot gratiā interpreta
tus obtulit, & quo est in literatos omnes cā
dore ingenuo (quorū nos aliquo in numero
habet) nō indignū duxit tā docti poēmatis
restitutorē me tibi noīare. Ego uerò quū te
mihi dicēte itellexissem quāta bona gr̄a libel
lū excepisses, simulq; ī mādati abs te habuis
sem p̄ælo illū cōmittēdi, cogitauī apud me
extare

extare forsan apud Viennenses multo plura tanti uiri opuscula (scripsit enim quāplurima) cōmodūq; fore si simul ederētur. Igitur Petrū Palmeriū ex insigni illa Robertetorū familia Viennēsem archiepiscopū adeo uirū bonis literis ac disciplinis nō leuiter ac superficialiē tinctū, suiq; gregis pastorem uigilātissimū, & profligatissimi heresum morbi apud suos curatorē diligentissimū: Is primū atq; cōpertā cōsiliū mei rationē habuit, nihil prius duxit quā meā opera sua diligentia adiuuare, & suū in publicā utilitatē symbolū cōferre. Summa igitur diligētia inspectis librarijs omnibus nihil ē tanti uiri lucubrationsibus præter cuiusdā homiliae fragmenta reperimus piæ iuxta & doctę mētis testimoniū uehemēs. Enim uero quū diu asseruaret in scrinijs, ac preciosissimæ supellectilis loco haberet eruditæ pietatis amator episcopus, apostolicas tres Romanorū pontificū ad episcopos Viennēses epistolas, in publicū mihi dedit proponendas, dignas profecto quę Pauli cōnumerētur epistolis, adeo germanē apostolicū illud pectus spirant ac martyrii flagrantissimū: ex quibus facile intelligas

telligas quāta in Christū charitate arderent
priscae illius ætatis ac primigeniæ & adhuc
emergētis ecclesiæ architecti pōtifices mar-
tyres. Eapp tā sanctas epistolas prodire in
uulgū uoluimus ut habeāt non ad quorū in-
star se cōponāt nostri pontifices (quis enim
ausit illā deplorato hoc seculo sperare chari-
tatē?) sed quorū umbrā sectētur lōgissimè.
Acceptis itaq; his à Viennensi archiepisco
diuitijs Lugdunū reuersus, quum in prælo
uersaretur Alchimus, audiui in insula Bar-
barēsi insignē esse librariā, nec fallax rumor.
Profectus em̄ eò loci & ī bibliothecā admif-
sus supra uiginti insignioris monetæ ac pur-
rioris metalli statuas reperit tum uero uicto-
ris cuiusdā nobilis monimētū egregiū. Is est
Claudij Marij Victoris oratoris Mafsiliē-
sis in genesim cōmentarius, idē plane cū Al-
cimo atq; eodem dicendi genere argumen-
tū tractans, qui quū mihi arrisisset, existima-
ui nō parum rei literariæ profuturū, si eadē
opera uterq; in lucē exiret. Nemo uero cre-
diderit quā in restituendis illis laborandum
mihi fuerit codices nacto tum uetustate exe-
sos, tū inertī & imperita exscriptorū ignas

uia deprauatos, quos tandem plus mille locis restitutos, ac quingētis pene uersibus immutatos, sub tuæ maiestatis patrociniū Frācisce Rex Christianissime abire sinimus, q̄ mihi illos edēdi autor primarius fuisti. Porro quum ἄλκιμος Græci fortē appellent, cui nā obsecro dicari cōmodius potuere Alcimus & Victor, quā uictori tibi fortissimo, & christiani poēte Regi Christianissimo? Habet autē christiana iuuetus quod tibi meritō gratulari possit & debeat unīq̄ acceptū ferre, se nō iā lasciuis poētarum carminibus dū stylū meditatatur & linguā excolit, animū uitiare, sed linguæ puritatem faciendiq̄ metri rationem una cum sacrarum literarū cognitione bonorumq̄ morū perceptione his autoribus posse imbibere. Vale in Christo Rex Christianissime, qui te non nobis modo, sed suis aris, focis & sacris seruet incolumem.

Lugduni Anno 1536 Idibus Martijs.

DIVI ALCHIMI AVITI VIENNENSIS AR-
chiepiscopi uita ex Gemadio, Adone, Trithemio & alijs.

ALchimo Auito pater fuit Isycius uir primum senatorij or-
dinis, deinde in episcopū assumptus: Mater Audentia quē ad
modū ipse in libello de cōsolatoria uirginitatis laude ad sororem Fu-
scinā ostēdit. frater apollinaris Valētinēsis episcopus miraculis ad-
huc uiuēs celeberrimus. Auitus igitur à puero humanis literis appri-
me & supra quā illa ætas Vādalorū & Gothorū incursionibus p-
pe infecta ferre possēt institutus: quū illū amplissimū alioqui & lo-
cuples maneret patrimonium, ualefacto mundo monasticen professus
est in cœnobio Diuorū Petri & Pauli ad urbis Viēnēsis mœnia: Inde
patri Isycio in episcopatu succedēs totum se aduersum sui tps hære-
ses cōtulit. Primū enim Gundebaldū Burgūdionū regē in Arrianorē
hæresim lapsū in catholice ecclie cōsensionē restituit. Deinde eius
hortatu aduersus Arrianā factionēque Aphricā oēm cū Sardinia ac
magnam partem Gallias & Italias occupauerat dialogos aliquot,
& aduersum Nestorianos Entychianos, Sabellianos libellos duos cō-
scripsit. Et quū faustus ex abbate Lyriēsis monasterij apud Regium
Galliæ ep̄s factus. in Pelagij errorē (ut Ado Viēnēsis refert) lapsus
esset, asserēs liberi arbitrij illuminationē, uirtutē, nō à Christo sed na-
tura esse, aduersus hūc errorē librū edidit. Eplārū libros nouē scrip-
sit, ad impatores, reges, pplos, & diuersas personas. Libellū quoq; de
subitanea pœnitētia, Homiliarū libros plures & poēmata uaria, e qu-
bus sequētia tātū superāt opuscula. Nec dubito reliqua ab Arrianis
alijsq; hæreticis aduersum quos scripserat asportata esse, quorū in-
sanā & furorē sæpe exptus est, plerūq; illorū insidijs ad mortē usq;
& exiliū periclitatus. Nā id ætatis impatorū, regū, principūq; aios
fere occupauerāt hæretici. ualebat aut Auitus, & scribēdi & extpa-
nea dicēdi declamādiq; facultate egregiē. ferūt nōnulli extare longē
plures tāti uiri lucubrationes apud pictauos & ianuēses, quas obse-
cro uos lectores optimi siquādo in manus uestras uenerint, tāto fru-
ctu publicam utilitatem ne frustremini. Quantæ uerò & pietatis &
eruditionis fuerit Alchimus abūdē testatur uetustū & elegās in eius
cōmendationē epitaphiū quod idcirco huc adiungi curauimus.

EPITAPHIVM DIVI AL-
chimi Auiti Viennensis Archiepiscopi.

Quisquis mœstificum tumuli dum cernis honorem
Cespite concludi, totum deslebis Auitum,
Exue sollicitas tristi de pectore curas.
Nam quem plena fides, celsæ quem gloria mentis.
Quem pietas, quem larga manus, quem fama perennat,
Nil socium cum morte tenet: quin prospice sancti
Gesta uiri: primum floescens indole quanta
Spreuerit antiquos dimisso stemmate fascēs,
Maturum teneris animum dum præstat in annis:
Et licitum mundi uoti uirtute relegat.
Nec mora: pontificis sic digna insignia sumit,
Augeat ut soliti foelicia cœpta laboris:
Nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris
Erigitur. seq; ipse alijs plus æstimat: imo
Subijcitur magnus, seruat mediocria summus,
Distribuit parcus, pascit ieiunus, amando
Terret, & austeris indulgentissima miscet.
Cunctantes suasu iuuat, solamune mœstos,
Iurgia dissoluit, certantes fœdere iunxit.
Dissona ueridicam inficiunt quæ dogmata legem,
Hortatu, ingenio, monitis, meritisq; subegit.
Vnus in arce fuit quoquolibet ordine fandi,
Orator nullus similis, nullusq; poëta,
Clamant quod sparsi per crebra uolumina libri.
Qui uixit, uiuit perq; omnia secula uiuet.

Claruit Zenone & Anastasio imperatoribus anno domini quingentesimo sepultus in monasterio Diuorum Petri & Pauli apud senatoriam Viennensium urbem.

DIVI ALCHIMI AVITI VIENNENSIS

Archiepiscopi Liber primus de
Initio mundi, & primorum
parentum creatione.

CAPVT I.



Quod varij eueniunt humana in gente
labores, *Originalis peccati effectus.*
Vnde breuem capiunt mortalia tempora uitam:

Vel quod polluti vitiantur origine mores,
Quos aliena premunt priscorum facta parentum:
Addatur quanquam nostra de parte reatus,
Quodque etiam amisso dudum peccatur honore,
Adscribam tibi prime pater: qui semine mortis
Tollis succiduae vitalia germina proli.
Et licet hoc totum Christus persoluerit in se,
Contraxit quantum percussa in stirpe propago:
Attamen auctoris vitio, qui debita laeti
Instituit, morbosque suis, ac funera misit,
Viuu peccati moribunda in carne cicatrix.

Peccatum originale.

Iam pater omnipotens librantis pondere Verbi
b Vndique

D. ALCHEMI AVITI

*Terræ & aquarū diuī
sio. gene. 2.* Vndiq; collectis discreuerat arida lymphis,
Littoribus pontum; constringens, flumina ripis,
Et proprias monstrans educto lumine formas,
Cedebat iam obscura dies: uarioq; colore
Plurima distinctum pingebat gratia mundum:
*Solis et lunæ
creatio. Ge. 1.* Temporibus sortita uices; tum lumina cœlo
Fulsere, alterno solis lunæq; meatu.
Quin et sidereus nocturno tempore candor
Temperat horrentes astrorū luce tenebras.
*Omniū ger-
minatiū crea-
tio. Gene. 1.* Actutum suauī producens omnia foetu,
Pulchra repentino uestita est gramine tellus.
*Ipsē dixit &
facta sunt mā-
dauit et crea-
ta sunt.
psal. 148.* Accepere genus sine germine iussa creari:
Et semen uoluisse fuit. Sic ubere uerbi
Frondescunt syluæ; teneris radicibus arbor
Durauit uastos paruo sub tempore ramos.

C A P V T

II.

*Brutorū crea-
tio. Gene. 1.* **P**Rotinus in uarias animalia multa figuras
Surgūt, & uacuū discurrunt bruta per orbē.
*Auium crea-
tio. Gene. 1.* Elatae in cœlum uolucres, motuq; citato
Pendentes secuere uias, et in aere sudo
Præpetibus librant mēbrorum pondera pennis.
*Piscium crea-
tio. Gene. 1.* Post etiam clausi uasto sub gurgite pisces
Respirant lymphis, flatuq; sub equore ducunt:

LIBER PRIMVS

Quæq; negant nobis, illis dant humida uitam.
 Nec minus in pelago uiuiscunt grandia cete:
 Accipiuntq; cauis habitacula digna latebris.
 Et quæ monstra solet rarus producere pontus
 Aptat ad informes condens solertia formas.
 Quodq; hominum falso credit mēs nescia foedū
 Per propriam speciem natura iudice pulchrū est

CAPVT

III.

ERgo Vbi completis fulserunt omnia rebus
 Ornatuq; suo perfectus constitit orbis:
 Tum pater omnipotens æterno lumine letum
 Contulit ad terras sublimi ex æthere uultum
 Illustrans quodcunq; uidet: placet ipsa tuenti
 Artifici factura suo, laudatq; creator
 Dispositū pulchro quē condidit ordine mundū.
 Tum demum tali sapientia uoce locuta est,
 En preclara nitet mundano machina cultu.
 Et tamen impletum perfectis omnibus orbem
 Quid iuuat ulterius nullo cultore teneri?
 Ergo longa nouam ne foedent ocia terram,
 Nunc formetur homo, summi quē tāgat imago
 Numinis, et nostram, celso donatus honore,
 Induat interius formosa mente figuram,

Vidit deuscū
 Et quæ fece-
 rat & erant
 valde bona.
 Genesis. 1.

Faciamus ho-
 minē ad ima-
 ginē & simi-
 litudinē no-
 stram. Gen. 1

b 2 Hunc

*Potestas ho-
mini à Deo
concessa.* Hunc libet erectis sublimem incedere plantis:
 Qui regat æterno subiectum pondere mundum,
 Bruta domet, legem cunctis & nomina ponat,
 Astra notet, cœlicq; uias et sidera norit:
 Discat et inspectis discernere tempora signis:
 Subijciat pelagus sæuum, ingenioq; tenaci
 Possideat quæcunq; uidet: cui bestia frendens
 Seruiat, & posito discant mansueta furore
 Imperium iumenta pati: iussiq; ligari
 Festinent trepidi consueta in vincla iuueni.
 Quoq; etiam natura hominis sublimior extet,
 Incipiat rectos in cœlum tollere vultus:
 Factorem querat proprium, cui mente fideli
 Impendat famulam longæuo in tempore uitam.

CAPVT IIII.

*Ade forma =
tio.* **H**Aec ait, et fragilem dignatus tangere terrã,
 Tẽperat humentẽ consperfo puluere limũ:
 Moliturq; nouum diues sapientia corpus.
 Non aliter quàm opifex diuturno exercitus vsu
 Fletere laxatas, per cuncta sequacia ceras:
 Et vultus complere rudes, aut corpora gypso
 Fingere, vel segni speciem componere massa.
 Sic pater omnipotens victurum protinus aruum
 Tractat

Tractat, et in lento meditatur viscera cœno.
 Dehinc arcem capitis sublimi in vertice signat,
 Septiforem vultum rationis sensibus aptans,
 Olfactu, auditu, uisu, gustuq; potentem.
 Tactus ad hæc, solus toto qui corpore iudex
 Sētiat, et proprium spargat per membra vigorē.
 Flexilis arctatur recauo sic lingua palato,
 Pressus vt in cameram pulsantis verbere plectri
 Percussio resonet modulatus in aëre sermo.
 Ex in succiduum porrecto in corpore pectus
 Spargit ramosas post brachia fortia palmas.
 Succedit stōmacho medius, qui tegmine molli
 Inter vtrumq; latus foueat vitalia venter.
 Diuiduam partem femur excipit, aptius vt se
 Alternus moueat duplicato poplite gressus.

Caput.

Quinq; sensus.

Lingua.

Pectus, brachia & manus.

Venter.

Femur.

CAPVT V.

AT parte ex alia fingit quā conditor idem.
 Occipiti submissa suo descendere ceruix
 Incipit, & vastos compagibus addere neruos.
 Spina rigens crebris inter cōmercia nodis
 Diffundit duplicē costarum ex ordine cratem.
 Pars interna nouos vitæ formatur ad vsus.
 Viuifico primum cordi vitalia tegmen

Cervix.

Dorsum.

Cor.

b 3 Naturale

Naturale parant, plagam ne sentiat vllam.

Massaꝝ congestis pendens absconditur extis.

Pulmo. Additur & tenui pascendus ab aëre pulmo:

Vt concepta trahens lenti spiramina flatus,

Accipiat reddens reddat q uas sumpserat auras.

Percꝝ vices crebro pellatur anhelitus haustu.

Dextra tenet iecoris vegetandū sanguine fontē:

Quo clausum venæ spargunt per viscera flumē.

Læua in parte lien mansura sede quieuit:

Qua crines perhibēt vnguesꝝ recrefcere sectos.

Nec cōcisa dolent, quæ mox augmēta resumūt,

Et viuunt, sensuꝝ carent in coporis vsu.

CAPVT

VII.

Postquàm perfectæ iacuit nouitatis imago.

Formatumꝝ lutū speciē peruenit in omnē:

Vertitur in carnem limus, durataꝝ moles.

Medulle. Hinc dura è medijs traxerunt ossa medullas

Visceribus lunæ augendas crescentis ad instar.

Inseritur venis sanguis, viuoꝝ calore

Sanguis in Inficit ora rubor, toto tum corpore pallor

venis. Pellitur & niueos depingit purpura vultus.

Inde vbi perfectis consuescit viuere membris

Totus homo, & fumant calefacta vt viscera solā

Expectant

Expectant animam: puro quā fonte creator
 Promit & erectos rectorum mittit in artus.
 Nam lenem suavi flatum profundit ab ore,
 Inspiratq; homini: quē protinus ille receptum,
 Attrahit: & crebri discit spiraminis auras.

Animæ crea-
 tio.

CAPVT VII.

Postquā nascentem solers prudentia sensum
 Imbuūt, & puro rationis lumine fulsit;

Surgit: & erectis firmat vestigia plantis.

Tum varias cœli species, mundiçq; figuras

Mirantem, tali compellat voce creator.

Hec quę mundani coram pulcherrima cultus

Ornamenta vides, ornatum extensa per orbem, *Genesis. 1.*

Solus habe: solusq; prior dominare fruendo.

Tu mihi, cuncta tibi famulentur: maximus ordo

Te parere pio tibi qui dedit omnia patri.

Non species vllę nec numina vana colantur:

Non quę uel cœlo sublime nouumq; coruscant:

Non quę vel terris viuunt formata vel vndis: *Idololatria*

Nec quod forte premēs prohibet natura uideri. *vetita.*

Vsibus ista tuis, non cultibus esse memento.

Præcellis factis, factorem pronus adora.

b 4

INterea sextus noctis primordia vesper
Rettulit, alterno depellens tempore lucem.

Dumq̄ petunt dulcem spirātia cuncta quietem,
Soluatur & somno laxati corporis Adam.

Genesis. 2. Cui pater omnipotens pressum per corda soporē
Misit, et immenso tardauit pondere sensus;

Vis ut nulla queat sopitas soluere mentes;

Non si forte fragor securas verberet aures;

Nec si commoto cœlum tunc intonet axe;

Quin nec pressa suam rupissent membra quietē.

Eue forma- Tunc verò cunctis costarum ex ossibus, vnam
tio. Subducit leuo lateri, carnemq̄ reponit.

Hinc pulchro erigitur genialis forma decore,

Inq̄ nouum subito procedit foemina cultum.

Quam Deus æterna coniungens lege marito,

Coniugij pensat fructu dispendia membri.

Somnus ade Istius indicium somni mors illa secuta est,

Christi mor- Sponte sua subiit posito quam corpore Christus.

tem prefigu Qui quum passurus ligno sublimis in alto

rauit. Pendēret, nexusq̄ & culpas penderet orbis:

In latus extensi defixit missile licitor.

Protinus exiliens fluxit cum sanguine lympa:

Qua

LIBER PRIMVS.

Qua viuum populis iã tunc spondēte lauachrũ,
 Fluxit martyrium, simul et baptismatis vnda.
 Inde resurgenti cœlestiaq; astra petenti
 De lateris membro surgens ecclesia nupsit.
 Principio rector tanti sacrare figuram
 Disponens vincli, hoc nectit cõnubia verbo.
 Viuite concordii studio, mundumq; replete:
 Crescat longeuum felici semine germen:
 Non annis numerus, vitę nec terminus esto,
 Progeniem sine fine dedi, quam tempore toto
 Aspicias, generi primus qui poneris auctor.
 Porro nepos ductus spargens per secla nepotes
 Viuentes numeret proauos: inq; ora parentum
 Ducant annosos natorum pignora natos.
 Tum lex coniugij toto venerabilis æuo
 Intemerata suo seruabitur ordine cunctis.
 Fœmina persistat de semine sumpta virili
 Coniugio seruare fidem: nec separet alter
 Quod iũgit, sociatq; Deus: cum patre relinquat
 Et matrem, iusto constrictus amore maritus.
 Nec iã vllos propter rũpant hæc vincla parētes:
 Vita sed amborum carnem teneatur ad vnã.
 Taliter æterno coniungens fœdere vota

*Crescite &
 multiplica =
 mini & re =
 plete terrã.
 Gene. 1.*

*Matrimonij
 lex.*

Genesis. 2.

b § Festiuum

Festiuum ducebat hymen, castoꝝ pudori
 Concinit angelicum iuncto modulamine carnē.
 Pro thalamo paradifus erat, mundusꝝ dabatur
 In dotem; & lætis gaudebant sidera flammis.

CAPVT IX.

EST locus Eoo mundi feruatus in axe
 Secretis natura tuis; vbi solis ab ortu
 Vicinos nascens aurora repercutit Indos.
Aethiopes. Hic gens ardentem cœli subteriacet axem.
 Quam candor feruens albenti ex æthere fufcat.
 Huc semper lux pura venit, cœloꝝ propinquo
 Natiuam feruant nigrantia corpora noctem.
 Attamen in tetrif splendentia lumina membris
 Captiuo fulgore micant; vifusꝝ nitente
 Certior accrefcit pullatis vultibus horror.
 Cæfaries incompta riget, quæ crine fupino
 Stringitur, vt refugo careat frons nuda capillo.
 Sed quidquid magnū nostros defertur ad ufus
 His totum natura dedit telluris opimæ.
 Quidquid odoratu pulchrū est, adlabitur inde.
 Concolor his ebeni piceo de fomite ramus
 Surgit, & hic eboris munus quod porrigit orbis,
 Informis pulchros deponit belua dentes.

Ergo

Ergo ubi transmissis mundi caput incipit Indis,
 Quo perhibent terram confinia iungere cœlo: *Paradisus*
 Lucus inaccessa cunctis mortalibus arce *terrestris.*
 Permanet, æterno cōclusus limite: postquàm hïc
 Decidit expulsus primæui criminis auctor.
 Proç reis digne fœlici ab sede reuulsis
 Cœlestes hec sancta capit nunc terra ministros.
 Non hic alterni succedit temporis unquàm
 Bruma, nec æstiu redeunt post frigora soles,
 Excelsus calidum quum reddît circulus annum:
 Vel densante gelu canescunt arua pruinis:
 Hïc uer assiduum cœli clementia seruat,
 Turbidus auster abest, semperç sub aëre sudo
 Nubila diffugiunt iugi cessura sereno.
 Nec poscît natura loci, quos non habet imbres:
 Sed contenta suo dotantur germina rore.
 Perpetuo uiret omne solum, terreç nitentis
 Blanda nitet facies: stant semper collibus herbe
 Arboribusç comę: quę quum se flore frequenti
 Diffundunt, celeri solidant sua germina succo,
 Nam quidquid nobis toto nunc nascitur anno,
 Menstrua maturo dant illic tempora fructu,
 Lilia perlucet nullo flaccientia sole:

Nec

Nec tactus uiolat uiolas, roseumq; ruborem
 Seruans perpetuo suffundit gratia uultu.
 Sic quū desit Hiems, nec torrida ferueat Aestas,
 Fructibus Autūnus, Ver floribus occupat annū.
 Hic quę donari mentitur fama Sabeis

Phœnix. Cynnama nascuntur, uiuax quę colligit ales
 Natali quum fine perit, nidoq; perusto
 Succedens sibimet quęsita morte resurgit:
 Nec contenta suo tantum semel ordine nasci
 Longa ueternosi renouatur corporis etas:
 Incensamq; leuant incendia crebra senectam.
 Illic desudans fragrantia balsama ramis,
 Perpetuum promit pingui de stipite fluxum.
 Tum si forte leuis mouit spiramina uentus,
 Flatibus exiguis, leniq; impulsa susurro,
 Diues sylua tremet folijs, et flore salubri:
 Qui sparsus terris suaues dispensat odores.

*Fons ascende
 bat de terra.
 Genesis. 2.* Hic fons perpetuo resplendens gurgite surgit.
 Talis in argento non fulget gratia; tantam
 Nec chrystalla trahunt nitido de frigore lucem!
 Negligit hic uirides riparum margo lapillos;
 Et quas miratur mundi iactantia gemmas,
 Illic saxa iacent; varios dant arua colores,

Et naturali

Et naturali campos diademate pingunt.

Eductum leni fontis de vertice flumen

Quattuor in largos confestim scinditur amnes:

Euphratem Tygrimq; vocant, qui limite certo

Longa sagittiferis faciunt confinia Parthis.

Tertius inde Geon, Latio qui nomine Nilus

Dicitur ignoto cunctis illustrior ortu:

Cuius in Aegypto lenis perlabitur vnda,

Ditatura suam certo sub tempore terram:

Nam quoties tumido perumpit flumine ripas

Alueus, & nigris campos perfundit arenis:

Vbertas laxatur aqua, caeloq; vacante

Terrestrem pluuiam diffusus porrigit annis.

Tunc inclusa latet lato sub gurgite Memphis,

Et super absentes possessor nauigat agros.

Inq; locum pecorum viridantis iugere campi,

Succedunt nantes aliena per aequora pisces.

At postquam largo foecundans germina potu

Lympha maritauit sitientis viscera terræ,

Regreditur Nilus, sparsasq; recolligit vndas.

Fit fluuius pereunte lacu, coguntur in alueum

Ad ripam effrenes conclusis fluctibus vnda.

Donec diuiduam spargens per deuia finem

Gurgite

Fluuius egre
diebatur de
loco uolupta
tis. gene. 2.
Euphrates et
tygris.
Nilus.

Nili inundatio.

Gurgite septeno patulum pertendit in æquor.
 Quir autē perhibent latitare ex omnibus vnum
 Fontem Nile tuum: nam qui nesciris ab ortu
 Non solus sed quartus eras, diffusus ab illo
 Despiciit excelfo qui flumina cuncta meatu:
 Ipsiū atq; pater pelagi supereminet omnes
 Quas mōtes, q̄s planavomūt q̄s nubila lymphas.
Ganges Quartus dehinc physon quē noīat India gāgem,
 Motus odorifero quoties qui vertice creuit,
 Deciduas pulchro quas spargunt flamina lucō
 Prælabens furatur opes, et gurgite nostrum
 Ducit in exilium: nam ripa largus vtraq; est.
 Annibus utq; istis enodes ferre papyros
 Aut scirpos algasq; leues deducere mos est:
 Excrementa trahens magnus sic ditia Ganges
 Hoc etiam donat mundo quod proīcit alueo.

CAPUT

X.

INterea primi summus quos iunxerat auctor
 In paradisiaca ponuntur sede parentes:
 Queis rector tali proponit præmia lege.
 O summum factoris opus, quos sola creavit
 Nostra manus, nasci quum cetera uoce iuberem:
Genesis. 2. Aspicietis quanto pulcherrimus ubere lucus
 Diuitijs

Diuitijs tumet immensis; hæc cuncta dabuntur
 Ad vestros sine fine cibos, hinc esca petatur,
 Sumite concessas fruges, et carpite poma.
 Hic operis dulci studio secura quiescat,
 Delitijſq; fruens longeuo in tempore uita.
 Est tamen in medio nemoris; quã cernitis arbor,
 Notitiam recti, prauicq; in germine portans:
 Huius ab accessu vetitum restringite tactum:
 Nec uos forte premat temeraria discere cura
 Quę prohibet doctor; melius nescire beatīs
 Quod quęſiſſe nocet; testor quem fecimus orbẽ,
 Quod si quis uetitũ decerpit ab arbore pomum;
 Audax cõmiſſum mortis discrimine pendet.
 Non immensa loquor; facilis custodia recti.
 Seruator vitam, mortem temerator habebit.
 Accipiunt iuuenes dictum, leticq; sequuntur,
 Spondentes omni seruandam tempore legem.
 Sic ignara mali nouitas, nec conscia fraudis
 Incautas nulla tetigit formidine mentes.
 At pater instructos sacrata in sede relinquens
 Lætus in aſtrigeram cœli se ſuſtulit aulam.

Ex omni li-
 gno paradi-
 ſi comedes. de
 ligno autem
 ſcientiæ boni
 et mali ne co-
 medas in quo
 cũq; enim die
 comederis ex
 eo morte mo-
 rieris.

Genesis. 2.

FINIS LIBRI PRIMI.

Liber

D. ALCHIMI AVITI
LIBER SECVNDVS DE
primorum parentum transgressione.

CAPVT I.

Paradisi u-
bertas & de
litia.



Titur interea venturi nescia casus
Libertas segura bonis; fruiturq; beata
Vbertate loci; largos hinc porrigit illis
Tellus prompta cibos; fruticis quin
semper opimi

Sumitur alternus tenui de cespite fructus.
Nam si curuati foecundo pondere rami
Mitia submittunt sublimi ex arbore poma:
Protinus in florem vacuus turgescere palmes
Incipit: incipit nouis fructum promittere gemmis.
Iam si praedulces delectat carpere somnos:
Mollibus in pratis, pictaq; recumbitur herba.
Quumq; voluntati sacrum nemus offerat omnes
Delicias, opibusq; nouis se praebet amplum:
Hinc suaues epulas capiunt, escamq; requirunt:
Quantum nulla fames cogit, nec lassata fouendo
Indigus hortatur compleri viscera venter.
Et nisi concessum libuisset noscere pastum
Esuries ignota cibos non posceret vlllos:
Nulla famefcentem fulcirent pabula vitam.

Interea

Interea nondum transgressi iussa parentes
 Corpora nuda vident; nec se inter cernere nudos
 Dispudet; ipsa rudis foedū nil sentit honestas.
 Non natura hominis, viciū sed causa pudori est.
 Nam quæcūq; bonus formauit mēbra creator
 Quir pudibūda forēt: neq; enim sūmi añ relicta
 Iussa Dei, quidquā conspectu turpe: sed ipsa
 Tunc mens intactos seruabat candida visus:
 Quin & talis erat naturæ gloria primæ
 Angelicæ qualis narratur gloria vitæ
 Sidereas habitare domos: qualemq; redemptis
 Spondet reddendā mortis post tēpora Christus: *Luce. 20.*
 Queis neq; cōiugium curæ, nec foedere turpi
 Miscuerit calidos carnalis copula sexus.
 Quādo aberit gemitus, luxus, metus, ira, voluptas,
 Fraus, dolor, atq; dolus, meror, discordia, liuor,
 Nullus egens, nullus cupiens, sed pace sub vna
 Sufficiet cunctis sanctorum gloria Christus.

CAPVT

II.

HIs πρωτοπλάστῳ sensum primordia sacra
 Cōtinuere bonis: donec certamine primo
 Vinceret oppressos fallacem culpa per hostem.
 Angelus hic fuerat dudum: sed crimine postquā
 c Succensus

Succensus proprio tumidos exarsit in ausus,
 Se fecisse putans, mox tanquã cõditor esset
 Ipse sui, rabido concepit corde furorem:

Esaiæ. 14. Auctoremq; negans, diuinũ consequar (inquit)
 Nomen, et æternam ponã super æthera sedem,
 Excelso similis, summis nec viribus impar.
 Talia iactantem præcella potentia cœlo
 Iecit, & eiectum prisco spoliavit honore:
 Quiq; creaturæ præfulsit in ordine primus,
 Primas venturo pendet sub iudice pœnas.
 Illum quandoquidem grauior sententia punit
 Quem mirũ cecidisse putes: nam crimen aceruat
 Auctor, in ignaro minor est peccante reatus.
 Durius idq; malũ quod maior fecit habetur,
 Sed quod viuaces pertendit, in abdita sensus,
 Quodq; futura videt, rerumq; archana resignat:
 Angelici feruens superest natura vigoris,
 Horrendum dictu, signisq; notabile monstrũ:
 Nam quidquid toto dirũ committitur orbe
 Iste docet, scelerumq; manus ac tela gubernat:
 Pugnat & occultus, per publica crimina latro,
 Et nunc sæpe hominũ, nunc ille in sæua ferarũ
 Vertitur ora, subinde novos mutantia vultus.

Alitis

Alitis interdum subito mentita volantis
 Fit species; habitusq̄ iterum confingit honestos.
 Rursum etiã apparens formoso in corpore virgo.
 Illicit arduentes obscœna in gaudia visus:
 Sæpe etiam cupidis argētum immane coruscat,
 Accenditq̄ animos auri fallentis amore,
 Delusos fugiens vano phantasmate tactus.
 Nulli certa fides constat, vel gratia formę:
 Sed quo quemq̄ modo capiat teneat' ue nocēdo
 Opportuna dolis, clausæq̄ accōmoda fraudi
 Sumitur exterior simulata mente figura.
 Maior adhuc etiã sæuo permissa potestas,
 Ter sanctũ vt vincat, dudũ collata creato.
 Sic natura valet, rectã quã condidit auctor:
 Sed post ad prauos subuersor transtulit vsus.

C A P V T

III.

VIdit vt iste novos homines in sede quieta
 Ducere fœlicem nullo discrimine vitã,
 Et lege accepta domino famularier orbis,
 Subiectisq̄ frui placida inter gaudia rebus:
 Cōmouit subitũ zeli scintilla vaporem:
 Excreuitq̄ calens in sæua incendia liuor.
 Vicinum tunc forte fuit quũ decidit alto

*Diaboli inui
 dia.*

c 2 Tempus,

Tempus, & innexam traxit per prona cateruam:
Hoc recolēs, casumq̄ premens in corde recentē,
Plus doluit perijsse sibi, quod possidet alter.
Tunc mixtus cū felle pudor sic pectore questus
Explicat, & tali suspiria voce relaxat,
Proh dolor, hoc nobis subitū cōsurgere plasma,
Inuisumq̄ genus nostra creuisse ruina:
Me celsum virtus habuit, nunc ecce neglectus
Pellor, & angelico limus succedit honori
Cœlum terra tenet, vili cōpage leuata
Regnat humus: nobisc̄ perit translata potestas.
Nec tamen in totum perijt, pars magna retentat
Vim propriam: summaq̄ cluit virtute nocendi.
Nil differre iuuat: iam nunc certamine blando
Congrediar, dum prima salus, experta nec vllos
Simplicitas ignaua dolos ad tela pauebit.
Nam melius soli capientur fraude, priusquàm
Fœcūdā mittant æterna in secula prolem.
Nil immortale è terra prodire sinendum est.
Fons generis pereat, capitis defectio membris
Semen mortis erit: pariat discrimina læti
Vitæ principium: cuncti feriantur in vno:
Non faciet viuum radix occisa cacumen.

Hæc

Hæc mihi deiecto tantum solatia restant:
 Si nequeo clausos iterū conscendere cœlos,
 His quoq; claudētur: leuius cecidisse putandū est
 Si noua perdatur simili substantia casu.
 Sit comes excidiij, subeat consortia poenæ:
 Et quos præuideo nobiscum diuidat ignes.
 Sed ne difficilis fallendī causa putetur
 Hæc monstrāda via est, dudū quā sepe cucurri
 In pronum lapsus: quæ me iactantia cœlo
 Expulit, hæc hominem paradisi è limine pellat.
 Sic ait, & gemitus vocem clausere dolentis

CAPVT IIII.

FOrte fuit cunctis animalibus altior astu, Genesis. 3.
 Aemulus arguto callet qui pectore serpens:
 Huius transgressor de cunctis sumere formam
 Eligit, aërium statim sibi corpus adaptans:
 Inq; repentinum mutatus tenditur anguem.
 Fit longa ceruice draco, splendentia colla
 Depingit maculis, teretisq; volumina dorsi
 Asperat, & squāmis per terga rigentibus armat.
 Qualis vere nouo primis quum mensibus æstas
 Præmittit latos post frigora pigra tepores
 Euadit veterem renouatis motibus annum.

c 3 Sicca

Sicca virescenti permutans germina fronde,
 Sic prodit coluber lucenti pelle tumescens,
 Et tandem egrediens terrarūq; abdita linquens,
 Præfert terribilis metuendū forma draconē.
 Dira micant oculi: tū lumine visus acuto
 Lætior optatū discit consuescere solem.
 Nūc stridit blandū, crebro nunc carmine fauces
 Ludunt, & trifidā dispergūt guttura linguā

CAPVT

V.

ERgo vt vipeream malesuada fraude figurā
 Induit, & totū fallax processit in anguē;
 Peruolat ad lucū: tū forte rubentia læti
 Carpebant iuuenes viridi de palmitē māla.
 Hic veritus serpens firma ne mente virili
 Non queat effuso subuertere corda veneno;
 Arboris in vetitæ spiris reptantibus altū
 Porrigitur: tractumq; suū sublimibus equans
 Auditū facilem leni sic voce momordit.
 O felix, mundiꝝ decus pulcherrima virgo,
 Ornat quā roseo præfulgens forma pudore,
 Tu generi ventura parens: te maximus orbis
 Expectat matrē: tu prima & certa voluntas
 Solamenq; viri, sine qua nec viuere possit

Vt maior

Vt maior sic iure tuo subiectus amori:
 Cui iuncta es pulchram vt reddas in tēpore prolē,
 Vobis digna datur paradisi in vertice sedes:
 Vos subiecta tremūt famulans substātia mundi:
 Quod cœlū, quod terra creat, qđ gurgite magnō
 Producit pelagus, vestros cōfertur in vsus.
 Nil natura negat, datur ecce in cuncta potestas.
 Nō equidē inuideo, miror magis: & tamen ista
 Cur Deus inuidit vobis ex arbore fructus?
 Scire velim quis dira iubet, quis talia dona
 Inuidet, & rebus ieiunia miscet opimis,

CAPVT

VI.

Hic male blanditā fixerunt sibila vocem.
 Quis stupor o mulier mētē caligine clausit
 Cum serpente loqui? verbū cōmittere bruto
 Nō pudet vt vestrā p̄sumat belua linguā?
 Et monstrū pateris, respōsumq; insuper addis?
 Ergo vbi mortiferū seductilis Eua venenū
 Auribus accipiens, cladi consensit iniquæ:
 Tunc ad serpentē vano sic ore locuta est.
 Suauibus o pollens coluber dulcissime verbis,
 Non vt rere, Deus nobis ieiunia suasisit:
 Nec prohibet largo curari corpora pastu.

c 4 Ecce

Cur præce-
 pit vobis De-
 us ut nō co-
 mederetis ex
 omni ligno
 paradisi?
 Genes. 3.
 Apostrophe
 ad Euam.

Ecce vides epulas totus quas porrigit orbis:
 Omnibus ijs licite genitor promptissimus vti
 Præstitit, & totas esu laxauit habenas:
 Hæc sola est nemoris medijs quã perspicis, arbor
 Interdicta cibus, hæc tantum tangere nobis
 Poma nefas; diues præsumit cætera victus
 Quod si libertas temerari noxia legem,
 Iurans terribili prædixit voce creator,
 Quadam nos statim luituros morte reatum.
 Quid uero mortem appellet, doctissime serpens
 Pande libens, rudibus nobis incognita res est.

CAPVT

VII.

CALLIDUS IDE draco, & læti tũ spõte magister,
 Interitũ docet; & captas sic fatur ad aures.

*Nequaquam
 morte morie
 nuni. Gene. 3.*

Terroris vacuũ formidans fœmina nomen,
 Nequaquã vos dira manet sententia mortis,
 Sed pater inuisus sortem non contulit æquã:
 Nec vos scire dedit, sibimet quẽ summa reseruat.
 Quid iuuat ornatũ comprẽdi aut cernere mūdũ,
 Et cæcas misero concludi carcere mentes?
 Corporeos pariter sensus, oculosq; patentes
 Et brutis natura dedit: sol omnibus vnus,
 Seruit, ab humano nec distat belua visu.

Consiliũ

Consiliū mage sūme meū, mentesq; supernis
 Inſere, & erectos in cœlum porrige ſenſus.
 Namq; id quod vetitū formidas tangere pomū,
 Scire dabit quæcunq; pater ſecreta reponit.
 Tu modo ſuſpenſos tantū ne contrahe tactus;
 Ne captiua diu frenetur lege voluntas.
 Namq; vbi diuinum libaueris ore ſaporem,
 Mox purgata ſuo faciet tua lumina viſu
 Aequiparare deos ſic ſancta vt noxia noſſe,
 Iniuſtū recto; uero diſcernere falſum.

CAPVT

VIII.

TAlia fallaci ſpondentem dona ſuſurro
 Credula ſubmiſſo miratur ſœmina uultu.
 Et iam iamq; magis cunctari, & flectere ſenſum
 Incipit, & dubiã læto plus addere mentem.
 Ille vt vicino victam diſcrimine ſenſit,
 Vnum de cunctis lætali ex arbore malum
 Detrahit; & ſecū nutanti protinus offert.
 Nec ſpernit miſerū mulier male credula munus
 Sed manibus pomū ignaris lætale retractans,
 Naribus interdū labiſq; patentibus vltro
 Iungit, & ignorans ludit de morte futura.

c § Caput

*Apostrophe
ad Euam.*

Quoties ori admotū cōpuncta retraxit,
Audacisq; malī titubās sub pōdere dextra
Cessit, & effectū sceleris tremefacta refugit.
Dñs tamen esse cupit similis, serpitq; venenū
Ambitione nocens; rapiunt contraria mentē,
Hinc amor inde timor, dubiā iactantia pulsat;
Interdumq; etiā lex subuenit; æstuat anceps
Ambigui cordis dura inter prælia fluctus.
Nec tamen incentor desistit fallere serpens,
Ostentatq; cibū dubiæ, queriturq; morari.

CAPVT

X.

VT tandem victæ grauior sententia sedit
Æternā tentare famem per criminis escā,
Serpentē satiare cibo quē sumeret ipsa;
Annuīt insidijs, & pomū morfa momordit.
Dulce subit virus, capitur mors horrida pastu.
Continet hic primū sua gaudia callidus anguis,
Dissimulatq; ferū victoria sæua triumphum.

CAPVT

XI.

Ignarus facti diuersa ex parte reuertens
Adam, diffusū latus per gramina campi,
Coniugis amplexus, atq; oscula casta petebat;
Occurrit

Occurrit mulier, cui tunc audacia primū
 Flabat foemineos animosa in corda furores:
 Et sic orsa loqui, semesum namq; gerebat
 Afferuans misero pomū exitiale marito.
 Sume cibū dulcis vitali ex germine cōiunx
 Quod similes summo faciet nos esse tonanti,
 Numinibusq; pares: non hoc tibi nescia donū
 Sed iam docta fero: primus mea viscera gustus
 Attigit, audaci dissoluens pacta periclo.
 Crede libens, mentē scelus est dubitasse virilem:
 Quod mulier potuit, præcedere forte timebas,
 Saltem consequere, atq; animos attolle iacentes.
 Lumina quur flectis? quur p̄spera vota moraris?
 Venturoq; diu tempus furaris honoris?

CAPVT

XII.

HAec effata manu victuræ fercula mortis
 Intereunte anima loetū dū crimina pascunt,
 Porrigit infausto coniunx insana marito.
 Accipit infoelix malesuadi verba susurri,
 Demisitq; suos ad noxia crimina sensus.
 Non illū trepidi concussit causa pauoris:
 Nec tantū est gustu cunctatus, foemina quātū:
 Insequitur velox, miserēq; ex coniugis ore
 Constanter

Constanter rapit inconstans dotale venenum.
 Faucibus & patulis inimicas porrigit escas,
 Vix vno pomū libabat succida morſu
 Ingluuiēs, ſummumq̄ dabat vix eſca ſaporem:

*Et apti ſunt
 oculi eorum.* Ecce repentinus fulgor circumſtitit ora,
 Lugendoq̄ nouos reſpexit lumine viſus.

Gene. 3. Non cæcos natura dedit, nec luminis vſu
 Priuatum peperit formæ perfectio vultum.
 Nunc vero mage cæcus eris, cui non ſatis illud
 Noſcere quod tantus voluit te noſſe creator:
 Ad vitam vobis cernendi facta facultas:
 Nunc vero lætū ſed veſtra ſponte videtis:
 Tum patuiſſe gemūt oculos: nam culpa rebellis
 Fulſit, & obſcœnos ſenſerunt corpora motus.
 Tūc primum nudos (dubium quid dicere poſſim
 Exinctus, natus ne pudor) circumſpicit artus.
 Erubuit propriæ tunc mens ſibi conſcīa culpæ,
 Pugnavitq̄ ſuis carnis lex indita membrīs.

CAPVT

XIII.

*Anxia curio
 ſitas ad Adā
 incepit.* **N**Amq̄ hinc poſteritas viciato germine duxit
 Artibus illicitis cognoſcere velle futura:
 Archanisq̄ ſacris tardos immittere ſenſus:
 Edita uel cœlo, vel tetro merſa profundo

Rimari

Rimari, inq̄ cauas naturæ irrumperere leges:
 Quærere quàm dextro quisquã sit fidere natus:
 Prospera quàm ducat restantis tempora vitæ:
 Dissimilem paribus prouentum discere signis:
 Nec non & geminos vno sub tempore fusos,
 Quos indiscretus luci subduxerit orbis,
 Motibus aduersis varia sub sorte notare:
 Indigetes quosdam stellis adscribere diuos,
 Iunior antiquis ætas quos prætulit astris:
 Atq̄ infernali iam dudū mole sepultis,
 Vana per immensum disponere nomina cœlum.

CAPVT XIII.

IAm magicam digne valeat quis dicere fraudē
IOccultas tacito tentantem pectore vires:
 Legifer vt quōdam vates sub rege superbo
 Dum noua monstraret iussi miracula signi,
 Commouit liuore magos ut talia tentent.
 Accumulentq̄ suas zelo feruente ruinas.
 Queis forsan si suppeteret non vana potestas
 Demere non etiam properarent addere monstra:
 Aemula sed signis tantum, non uiribus æqua
 Quod remouere nequit, duplicata sustinet ira.
 Hinc est laudato quod possunt carmine marsi

Marsi popu
 li ualēt incan
 tationibus.

Quum

Quum tacita fauos producunt arte dracones
 Absentes, & sepe iubent conflagrare secum,
 Tuncvt quisq; grauem bello persenserit hydram
 Aspidis aut duræ clausas cognouerit iras,
 Concutit interius secreti carminis arma:
 Protinus & laxis verbo, lactente venenis,
 Mox impune manu coluber tractatur inermi:
 Et morsus tantum non virus in angue timetur.
 Interdum perit incantans, si callida surdus
 Adiuratoris contempsit murmura serpens:
 Hoc quoniam de matre trahunt, & origine prima.
 Anguinæ fraudis quod sic linguæq; periti
 In speciem reddunt commercia mutua fandi.
 Nec minus hos pulsant; temeraria cura sciendi
 Angit præscitus ducti quos terminus æui:
 Quum tamen eductas inferni sedibus umbras
 Colloquium miscere putent, & nota referre,
 Spiritus erroris qui tum bacchatur in illis,
 Ad consulta parat vanis responsa figuris:
 Ne vero multis dicamus singula verbis:
 Præsentis illusus, damnabitur ille perenni
 Iudicio, quisquis vetitum cognoscere tentat

*Marsi Circe
 matre gloria
 tur.*

Caput

NEc iam sola fuit seruatrix Eua malorū:
 Dicam nunc aliam, tali quæ peste laborans
 Nescia parendi domini mandata neglexit:
 Quãquam nec similit̃ causam cõtẽdero, quũ nec
 Tum mage cõsultum seduxerit illa maritum.
 Peccandi quasdam feruor succenderat vrbes,
 Omnia permittens laxatis crimina frenis:
 Incestus vice legis erat, ius sola regebat
 Luxuries, regni sedem metata voluptas,
 Indigenas populos domina sub carne tenebat.
 Et scelerum ingenti studio, quæ iusserat olim
 Subiectos fugitare viros respública, ab illis
 Abstinuissẽ nephas: & non peccasse, pudendum
 Credebant omnes, facinus quos iunxerat vnum.
 Talibus offensus iudex, atq; arbiter orbis
 Quum fureret, flammascq; loco, finemq; pararet
 Quendam dissimilem cunctis, tectocq; latentem,
 Qui tũc forsã erat Sodoma peregrinus in urbe,
 Vnum inter multos verbis Loth conuenit istis.
 Oppida lasciuo iandudum plena furore,
 Respergunt cœlum maculis, nostrascq; fatigant
 Quamuis obstructas scelerũ clamoribus vrbes.
 Imminet

Gene. 18.
 Sodomorum
 lasciuies.

Loth probi-
 tas.

Imminet exitium, nam incensa libidine tellus
 Ignibus ardebit: restinguet fulminis imber,
 Quæ non extinxit feruentia crimina fletus.
 Ipsa in perpetuas soluetur terra fauillas,
 Conseruans cineres post dira incendia viuos:
 Tu nunc linque domum, perituras desere terras,
 Nam rea cum dignis subsident arua colonis.
 Sed tamen interea ne te cõiunxeris illis,
 Ne forte impendens lætum coniungat eisdem:
 Virgineamq; abduc sobolem, solatia coniunx
 Augeat: ñs tantum socijs contentus abito:
 Accelerate fugam, & contendite tramite recto:
 Nec subuertendas quisquã respexerit vrbes:
 Este mali expertes, pœnas quicumq; videbit
 Sentiet, atq; suæ mortis spectacula secum
 Quæ meruere feret: saluandis terror abesto.
 Hec pater. ast illi properant abscedere terra,
 Inciduntq; moras, crudeliaq; arua relinquunt.

CAPVT

XVII.

COEperat obduci densa caligine victum
 Atq; ignota prius demittere murmuracœlũ
 Nec sic vt tonitru crebro quum percitus ether
 Ostentat pavidis innoxia fulmina terris;
 Sed prorsus

Sed prorsus finale malum terrore minaci
 Tetra per aërios mittebat signa tumultus.
 Tendebant moniti simul & mandata tenētes
 Concessam & rectis ad sedem vultibus ibant.
 Callidus alta petens sed qui subuerterat Euan
 Serpens, foemineam consuetus tangere mentem,
 Nil quoq; formidans animū tentare virilem.
 Inspirat miseræ cognoscere velle ruinas,
 Et simul euasas visu deprendere clades.
 O crudelem animi nō iam tibi sufficit vnam
 Succubuisse dolo; & funesta clade nepotes
 Affecisse suos; o stulti insania sexus.
 Quid stolidas affectas frustrari parte bonorum
 Dum mala nosse cupis; Si nos exempla priorū
 Non terrent, nostro spes exempla timori.
 Vel post te pereat scrutandi dira libido
 Illicitum quod scire fuit, vetitumq; tueri.
 Respicias tantum, nec narratura videbis.

*Apostrophe
 ad Lothvxo
 rem.*

CAPVT

XVIII.

ERgo vbi maiorem vicina ex vrbe tumultū
 Audiuit mulier, vultū deflexa retrorsum
 Vix primo in visu restrictis motibus hæsit,
 Cernere desistens quum coeperat: inde gelato
 d Sanguine

*Metamor=
 phosis vxor=
 is Loth.
 Gen. 19.*

Sanguine marmoreus perfudit viscera torpor.
 Diriguere genæ; pallor nouus inficit ora.
 Lumina nec clausit; nec saltē concidit illo
 Pondere, quo pulsant collapſa cadauera terrā:
 Sed stetit horrendo perlucens massa nitore
 Seruauitq; suam species decepta figurā.
 Nec facile nosſes vitrum, lapis an ne metallū est
 Succedens homini; nisi sal gustu indicet ipſo.
 Ex tunc insipido mulier præuenta reatu,
 Plus falsum sine mente sapit, quæ pūgere sensus
 Exempliq; potest salibus condire videntes.
 Hoc tamē hic mirū est, q; Loth nō flectitur, ipsam
 Nec sociā sequitur primo constantior Adam.
 Quanquā id credo magis factū, quia visa referre
 Iam nequit elinguis: quæ si cōperta referret,
 Forſan & in similes ausus temeraria, traxet;
 Credulo vt imposuit virgo primæua marito:
 Quæ post quā sese pariter comitēq; fefellit
 Et nondū natā p̄ercuſit vulnere prolem:
 Tum victor serpens certamine letus ab ipſo,
 Puniceā crispans squammoso in vertice cristam,
 Nec iam diſſimulans quē preſſerat ante triūphū,
 Acrior insultat victis, & talibus inſit.
 En affectatæ vobis est gloria laudis

Reddita, qui peruersa simulq; etiã optima nostis.
 Cũcta ego vos docui, sensumq; per abdita duxi.
 Et quodcunq; malũ solers natura negabat
 Institui, pactumq; meũ ne forte negetis
 Seruauĩ; & firma vosmet mihi forte dicaui.
 Nec Deus in vobis quãuis formauerit ante
 Iam plus iuris habet: teneat quod condidit ipse,
 Quod docui meũ est: maior mihi portio restat.
 Multa creatori debetis, plura magistro.
 Dixit, & in media trepidos caligine linquens
 Per mediũ fugiens euauit aëra corpus.

FINIS LIB. SECVNDI.

ALCHIMI AVITI

Viennẽsis archiepiscopi de parentũ à paradiso
 expulsione & snia dñi Liber tertius.

CAPVT I.



Tempus erat quũ sol mediũ trãscende-
 rat axem,

Pronus & excelsi liquẽs fastigia cẽtri,
 Vicina iã nocte leues p̄miserat auras.

Tunc illis maior curarum voluitur estus:
 Feruentescq; tenent male conscia corda dolores.
 Tum pudor his capto detorquet lumina sensu.
 Nec iam secura præstatur luce tueri

d 2 Signatam

Signatam fixo peccati stigmatate carnem.
 Indumenta petunt folijs è mollibus ambo vt
 Membra tegant, nudūq; malū sub veste lateſcat.
 Umbroſis propter ſtabat ficulnea ramis,
 Frondentes diſfuſa comas, quas protinus Adam
 Humentem capiens raſo, de cortice librum
 Aſuit; & viridi ſolatur veſte ruborem.
 Induitur ſimili mulier lachrymabilis arte:
 Quoſq; aluit miſero fallax infania pomo
 Veſtiuit folio; & quos ſæua ex arbore nudos
 Reddidit, hos grauius tenui de cortice textit.
 Et tamen adueniet tempus, quum crimina ligni
 Per lignum ſanet, purgetq; nouiſſimus Adam,
 Materiamq; ipſam faciat medicamina vitæ,
 Aureus, ex alta quū pendens arbore ſerpens,
 Serpentis veteres morſus atq; omne venenum
 Eluet, & veterem perimet ſua forma draconem,
 Tunc etiā inuitum læto delebere lætum.

Cōſuerūt fo-
 lia ficus &
 fecerunt ſibi
 perizomata
 Gene. 3.

CAPVT II.

INterea genitor viridis per mollia luci
 Rorantes ſudo capiebat ab aëre ventos.
 Protinus attonitis ſenſerunt auribus ambo
 Præſentem dominū; trifti tum luce perofam
 Expauere

Expauere diem detecto in crimine testem.
Tunc si illis specubus vastis se forte barathrū
Panderet, aut subitum tellus monstraret hiatum;
Non pigeat prono trepidos descendere saltu.
Quod si suppeteret iam tum sententia læti,
Hanc etiam raperet solandi causa doloris:
Seu flaminis lymphis ue daret, vel pectora ferro
Appeteret vindex crudeli vulnere dextra.
Sic miseri mortem non dum discrimine notam
Quū primum meruere uolunt: exordia finem
Signant: & similem prædicunt affore luctum,
Qui manet in finem maleductæ tempora vitæ,
Vltima quum mundi senium cōsumpserit ætas,
Quumq; repentinus percusserit omnia fulgor,
Cœlorum clangente tuba, qua nuncius ante
Iudicis aduentum concussum terreat orbem.
Tunc quum synceros pastor discreuerit agnos,
Hœdis disparibus: diuersa in parte locatis
Chasinate diuisa medio: quam fluctibus implet
Sulphureis voluens vndosa incendia gurges
Flāmarū stagnante lacu: quo feruida quondam
Dicitur attracto nubes sodomitica nymbo
Guttatim sparsum fudisse ob crimina fulmen

d 3 Quum

Quum plueret nox tetra focos, cœloq; caduco
 Aëra per calidū stillarent vndiq; mortes.
 Taliter ignifero missi de fonte gehennæ
 Fluxerunt tristes aliena in secula riui,
 At quos terribili iud ex decreuerit hora
 Viuere post mortem pœnaq; ardere perenni
 Substrahet optato grauior sententia læto.
 Quumq; foret melius dispersis corpora mēbris
 Carpere perpetuū dura sub morte soporem:
 Inuitos tamen vna trahet, queis sola voluntas
 Rursus posse mori sensuq; carere dolendi.
 Sed sic accipiet feruentis flamma camini
 Ambustura suas vt nunquā finiat escas.

CAPVT

III.

AT primi interea iuuenes conamine casso
 Per deserta ruunt, tutoq; abscondita furto
 Facta putant cæcis optant latuisse tenebris.

*Apostrophe
 ad Adam.*

Quid iuuat infœlix oculos auertere, quum te
 Iudex ille videt: quid eum abnuis ipse videre,
 Quum videare palam: sôl est, nō fuscet amœnū:
 Sed depressa grauem formidant lumina lucem:
 Debilis & clarū visus non sustinet orbē:
 Hos ergo insolitas postquā tentare latebras

Vidit,

Vidit,terribili primum Deus increpat ore.
 In faustusq; vbi sit querit non nescius Adam.
 Qui trepidā pavidō producens pectore vocem
 Vix hec pauca refert,tuus o cellissime terror
 Insolitas miserū latebras tentare coëgit:
 Nam quia nuda forēt inopertis corpora mēbris
 Erubui fateor,coelumq; per abdita fugi.
 Et quis(ait)subitū concussit corde pauorem?
 Visus & vnde nouus?nam te nec vellere dudum
 Nec contexta prius velauit tegmine vestis.
 Forma rudis proprio melius contenta decore
 Iudice se placuit:sed postquā fœdere rupto
 Interdicta tuus tentauit germina gustus:
 Naturale tibi tegmen non sufficit vnum.
 Et iā nunc primū nudis nudata patefcunt:
 Arguit obscœnus quia turpia corpora motus.

CAPVT IIII.

ILle vbi conuictum claro se lumine vidit,
 Prodidit & totum discussio iusta reatum,
 Non prece submissa veniā pro crimine poscit:
 Non votis lachrymis ue rogat:nō vindice fletu
 Præcurrit meritam supplex confessio pœnam.
 Iamq; miser factus nondū miserabilis ille est.
 d 4 Nam sensit

Adam vbi es?
 Gen. 3.

Nam sensu erigitur, tumidisq; accensa querelis
Fertur in infanas laxata superbia voces.

Heus (ait) infausto mulier coniuncta marito

*Mulier quā
dedisti mihi
sociam dedit
mihi de ligno
& comedi.*

Quam sociam misero prima sub lege dedisti,

Gene. 3. Hęc me consilijs vicit deuicta sinistris:

Et sibi iam notum persuasit sumere pomum.

Illa mali caput est, crimen surrexit ab illa.

Credulus ipse fui, fidei sed tu vnicus auctor,

Cōnubium donans & dulcīa vincula nectens.

Atque vt inam fœlix quæ quondam solavigebat

Cœlebs vita foret; talis nec coniugis vnquā

Fœdera sensisset comiti non subdita prauæ.

C A P V T V.

HAc igitur timidi cōmotus mente creator
Merentē verbis compellat talibus Euam:

Quur tua deceptum traxisti in vota maritum,

Nec contenta tuo deceptra fœmina casu

Sublimi sensum iecisti ex arce virilem?

Illa pudens, tristiciq; genas suffusa rubore,

*Serpens dece
pit me & co
medi. Gen. 3.*

Auctorem sceleris clamat decepta draconem:

Qui vetito pomū persuasit tangere morsu.

Caput

Post hæc supremam promit sententia legem,
Serpentemq; reum prima sic voce notauit.

Tu uero cuius fucatis foemina uerbis
Capta semel, similes Adam pertraxit in ausus,
Propter vtrumq; reus pendes quod fecit vterq;.

Nec tibi sublimis constabit pectore vertex:
Callida sed pronus per terrã corpora volues.

Vtq; fuga trepido sinuosa volumina currant,
Non gressus sed lapsus erit, teq; ipse sequeris
Flexibus, & spiras viuentia vincula necent.

Tum propter suam miserorũ cordibus escam
Tellurem captans pastu vesceris inani:

Mensibus & certis fugitiuus ab aëre sudo
Inclusus terris cõmuni sole carebis.

Omnibus inuisus fies grauis omnibus horror.

Præcipue infœlix mulier cū prole futura
Tecum inimicitias odio constante reponet.

Seminibusq; tuis eius cum semine bellum
Perpetuum, sed dissimilis victoria, nam qui

Ambos vna opera vicisti subdole serpens,
Olim erit vt sexum muliebrem pronus adores.

Cuius tu quanquã pavidæ insidiabere calci,

d s Conteret

*Super pectus
tuū gradieris
et terrã come
des cū: tis die
bus vite tue.
Gen. 3.*

*Inimicitias
ponam inter
te & mulierẽ
& semen tuū
et semẽ illius
Gen. 3.*

*Ipsa cōteret
caput tuū &
tu insidiabe
ris calcaneo
illius. Gen. 3.* Conteret vna caput, tandem tibi fœmina victrix:
Nascendumq̄ etiam tali de stipite germen.

CAPVT VII.

*In dolore pa-
ries filios tuos
et sub uiri po-
testate eris.
Gen. 3.* **P**osthęc attonitam iudex cōmotus in Euam.
Et tu quæ primā violasti fœmina legem,
Accipe, ait, reliquum vitæ quod restat in æuum,

Imperium patiere thori, dominumq̄ timebis.
Quem dederam socium: cuius tu subdita iussis
Pareto, & libitus posthęc assuesce viriles.
Moxq̄ vbi concipiens fœtum persenserit alius,
Ventris onus gemitu testaberis: ac tibi clausum
Anxia crescentem portabunt viscera fascem:
Donec transacto fastidia tempore complens
Naturale malum partus ab uindice partu
Producas: vita ut prolis sit pœna parentis.
Sed quid multa loquar miserę discrimina matris:
Nam quum præduro mulier confecta labore
Opratam sobolem tali produxeris ortu:
Lugebis vacuos nonnunquam orbata dolores.

CAPVT VII.

INterea trepidus iam dudum sustinet Adam
Quid sibi terribilis tandem sententia seruet,
Cui pater attentis, inquit, nunc auribus, & tu
Accipe

Accipe quid mereare, leuis quem fœmina vicit.

Impolluta prius pulchro sub germine tellus

Non iam fida satis, nec puro semine simplex,

Pristina mōstrabit corruptum terga per orbem:

Exemploq̄ tuo semper tibi terra rebellans

Vepribus, ac tribulis, armata resistere discet.

Aut si frangēti cedens succumbit aratro,

Vomeris affixo mordaci dente subacta:

Pinguia decipient mentito germine culta.

Nam pro triticeo lolium consurgere fructu,

Et fictas segetes, vacuasq̄ dolebis aristas:

Sic vt vix centum producant iugera panem.

Sudore assiduo nitens quē sumat egestas,

Illecebramq̄ cibi pœnalis vindicet esca.

Aequalem brutis facient tibi pabula vitam:

Et simul herbarū succos, pastumq̄ requires:

Stercoreq̄ assimili depressa grauabitur aluus:

Atq̄ onerosa diu voluetur talibus etas:

Donec præscriptum donent tibi secula finem:

Et compacta luto rursus soluantur in illud

Membra, simulq̄ leui fias de puluere puluis.

Ante tamen durum natī præcurrere lætum

Conspicies, pœnasq̄ tuas in prole videbis

Vt metuēda

Maledicta
terra in ope-
tuo. Gene. 3.

Spinas et tri-
bulos germi-
nabit tibi.
Genesis. 3.

In sudore vul-
tustui vesce-
ris pane tuo.
Gene. 3.

Donec reuer-
taris in terrā
de qua sum-
ptus es quia
pulus es &
in puluerē re-
uerteris.

Gene. 3.

Vt metuenda magis cernatur mortis imago,
 Peccasse agnoscas quid sit, quid mortua fleri,
 Quid ue mori: ac nequid desit tibi forte malorū,
 Acrior immenso miscebitur ira dolori:
 Nam quum prima tibi producent tēpora natos,
 Liuor edax arcūo certabit limite mundi:
 Nec iam sufficiet vacuus conflictibus orbis:
 Totaq; fraterno congressu terra tremiscet,
 Alter in alterius consurget vulnera frater:
 Telluremq; nouam cognato sanguine tinget.
 Exin posteritas varios passura labores
 Per varios casus mortalia debita pendet.
 Dum veterē ductus dissoluat terminus orbem:
 Occidat omne vigenis: finisq; redarguat orta.
 Audierat, motumq; dedit conterrita tellus.

CAPVT

IX.

Genesis. 3. **H**is pater exactis hœdorum pellibus ambos
 Induit, & sancta paradisi ab sede reiecit.
 Tunc miseri egressum properant, mūdūq; vacātē
 Intran, & celeri perlustrant omnia cursu,
 Et quanquā varijs herbis ac gramine picta
 Et virides campos fontesq; & flumina monstrat,
 Illis foeda tamen species mundana putatur

Post

Post paradife tuam: totumq̄ videntibus horror.
Vtq̄ hominum mos est studio maiore negata
Amplecti, et vetitis grauiori incumbere cura;
Sic maiore animo clausus paradifus amatur.
Quæq̄ magis multo paradifo extenditur, illis
Angustatur humus; strictumq̄ tuētibus orbem
Omnia lata nimis parent angusta duobus.
Squalet & ipse dies; cauffantur sole sub ipfo
Subductam lucem; cælo fufpenfa remoto
Astra gemunt; tactusq̄ prius vix cernitur axis.
Tunc inter curas permixto felle doloris
Affectus fenfere nouos; & pectora pulfans
Nondum compertas prorumpit fletus in vndas.
Attentifq̄ genis iniuffus defluit humor.
Haud aliter viuax deceptus mole caduca
Spiritus; impleto venit cum terminus æuo
Post obitū peccata dolet; tum quidquid iniquum
Geffert ad mētem reuocat; tum poenitet omnis
Errorum lapsus femet quos iudice damnat.
Quod fi præteritæ reddatur copia vitæ;
Sponte ferat quofcunq̄ dabūt mandata labores.

Caput

Historia crudelis diuitis.

Lucæ. 16.

CRudeli similes narrant de diuite questus:
 Historiam cuius cœlesti numine Lucas
 Tradidit afflatus: paucis ego ab ordine totam
 Dum repeto: linguis omnes animisq; fauete.
 Ille cothurnatus gemmis, & fulgidus auro,
 Serica bis coctis mutabat tegmina blattis:
 Inde vt bacchâtem traxissent tempora mentem
 Currebant epulæ totus quas porrigit orbis,
 Quumq; peregrinus frugem misisset aceruus:
 Feruebat priscum crystallo argente falernum,
 Viuida quinetiam miscebant cinnama talli:
 Et suffita domus pingui fragrabat amomo.
 Quod pelagus, qd̄ terra creat, qd̄ flumina gignūt,
 Certatim ad mensam veniebāt: omniaq; illuc
 Portabat pallens auri cum fasce minister.

Lazarus pauper. Diuitis ante fores pauper tum forte iacebat
 Languidus, obstrictis resoluto corpore mēbris:
 Et supplex poscebat opem: nō munera quærens,
 Sed tantum si quas emittat copia diues
 Relliquias, spectans alius ieiuna rogabat.
 Verum clamantī diues non addidit aurem:
 Nullaq; languentem pietas respexit egenū:

Nec

Nec quæ completis cecidere superflua mensis
 Pauperis ad victum quisquã dedit: insuper egri
 Despiciunt facies: & putria vulneris horrent.
 Quumq; canes miti perlambant vlcera lingua,
 Blandior, & lasso feritas medicabilis adsit:
 Sola hominũ nescit mens dura & cruda moueri.
 Hæc sed diuersa penitus dum sorte geruntur:
 Impendens obitus pariter pulsauit vtrumq;
 Diuite præuento, qui dum immortalia sese
 Secula victurum sperat, formidine nulla
 Mortis adhuc animũ imemorẽ pulsauerat: atqui
 Optatam pauper longo vix tempore mortem
 Inueniens, victor morbos artusq; reliquit.
 Ille quidem celsa dudum qui floruit aula
 Fletibus ad tumulum stipato funere fertur:
 Auratoq; datur conditus membra sepulchro.
 Et preciosa tegunt elatum lynthea marmor.
 Spiritus abstruso sed mox demissus auerno,
 Ardet in æternis per sæua incendia pœnis.
 Equarum medio sublimi in sede locatum
 Haud procul vt visus coniectat, sed procul inde
 Vt docet euentus, sinibus conspexit ouantem
 Abrahæ iusti mutatum in paupere vultum:

Mortuus est
 autem diues
 et sepultus in
 inferno.
 Luca. 16.

Nec

Nec similem illius quem dudū è luce receptum
 Quarto forte die vix quisquam largus humandi
 (Ne per corruptum naturę lege cadauer
 Dira frequentato contagia mitteret orbi)
 Obtectum laceris tenui velamine pannis,
 Naribus adstrictis nuda tellure locarat:
 Angelicis vero manibus sublime leuatus,
 Iam diues, iam sanus erat, contraq; superbus
 Qui male congestos auri cumularat aceruos:
 Mendicat vel tantum vnam de paupere guttam:
 Arida vt extinctis irroret guttura flammis.
 O pater electos (inquit) qui sede beata
 Colligis, et meritis dispensas præmia iustis,

Mitte Laza- Hęc ego non merui: sed faltem hoc deprecor vnū,
 rum ut intin- Lazarus ut digitum gelidas intinguat in vndas:
 guat extre- Et linguam extincto flammantem mitiget igne.
 mū digiti sui Quod si nec refrigerio hoc extinxerit omnes,
 in aquam ut refrigeret li- Tempore vel faltem modico mihi tēperet æstus:
 guā meam. Donec fessa breui respirent membra quiete.
 Luca. 16. Taliter immixto lachrymis fridore rogantem
 Magnanimus verbis patriarcha intercipit istis.
 Desine iam miseras incassum fundere voces,
 Et vanas miscere preces: haud talia dudum

Dicta

Dicta dadas, quū te in foribus presente iaceret
Ipse ignotus, egens, eger, ieiunus, inanis:
Quum congesta tuas onerarent fercula mēfas:
Nec quisquā interea clamantē audiret egenū.
Quapropter tandem librato examine veri
Præteritę vitę sortem dependit vterque
Permutatq; vices: & te iam sufficit amplis
Exundasse bonis: qui fleuit gaudeat, & qui
Curarū expertem duxit per gaudia vitam,
Iam fleat, æternos spirans è pectore planctus.
Insper horrendū qui se interponit hiatus,
Non finit abiunctas misceri fœdere partes:
Ut reuocare gradū nec vos, descendere nec nos
Rursus ad inferni valeamus claustra tyranni.
Ille gemens vanum repetita voce precatur.
Si nil post obitum prodest cōmissa fateri:
Nec tua mutatur fixis sententia verbis:
Hoc concede mihi, nulla quod lege vetatur.
Defuncto fratres dilecti quinq; supersunt:
Obsecro ad hos properet, qui viuos corrigat, ante
In tormenta cadant quàm talia carne soluti.
Quāquā etenim duro persistant corde rebelles:
Si tamen abstrusa quisquā de morte reuertat
e Credent

Credent experto poenasq̄ subire timebunt.
 Talibus ille quidem, fufis sed in aëra verbis.
 Nulla etenim meriti post mortē facta potestas.
 Vos ergo dum vita manet, dum lege vigetis:
 Patronusq̄ ad stat patris ante tribunal Iesus:
 Nec iam obturatis pulsatur ianua valuis:
 Dum locus est flendi, dū se clementia Christi
 Pandit, flete admissa, nec inde admittite flenda.

CAPVT XI.

EN comperta tibi primi est occasio planctus:
 Vtq̄ sui casus nunquā reparabilis Adam
 Pertulit exitiū: passuri nomine Christi,
 Nam licet æternos meritosq̄ euaserit ignes:
 Hęc nimium tamen infœlix incōmoda sensit:
 Perdita ne precibus, lachrymis ue reduceretvllis.
 Extunc paulatim retro sublapsa referri
 Vita prior, cunctisq̄ malis laxarier orbis.
 Tum tristes morbi, & varij subiere dolores:
 Et corrupta fatis dira pinguedine tellus
 Lœtali quędam suffudit germina succo.
 Inde truces sæuire fere, dud uicq̄ timentes
 Excitat ad pugnā tunc primū conscia virtus:
 Reddit & armatas, vnguis, Deus, vngula, cornu,
 Ipsa

*Incōmoda ex
 primi paren-
 tis delicto.*

Ipsa etiam leges elementa resolvere primū
 Et violare fidem mortalibus omnia certant.
 Inflat ventis pelagus, voluuntur & undæ:
 Excitusq; nouum turgescit pontus in æstum.
 Tunc primum tectis tetra caligine cœlis
 Ingratos hominum castigatura labores
 Grandineos pavidis fuderunt nubila nymbos.
 Atq; polus discors inuidit germina terris.
 Quin magis ipsa sibi tellus aduersa negauit,
 Seminis excepti vertens mentita nitorem.

CAPVT XII.

HAec mala tū primū gemini sensere parētes;
 Posteritas nam quanta ferat dispendia rerū
 Vix cui vel linguae sint centum, ferrea vel vox
 Enumerare queat: nec si quem Mantua misit,
 Meoniusq; canat diuino carmine vates.
 Nam quis tot referat motus? quis talia fando
 Euoluat totos qui voluūt secula fluctus?
 Arma fremūt, crebra quatitur formidine mūdus,
 Funditur irriguus sanguis, maiorq; sititur.
 Quid dicam celsas præclaris cœtibus vrbes
 In deserta dari? populos populante ruina
 Dispergi, & lacerum vacuari partibus orbē?

e 2 Seruitio

Seruitio subdī dominos, famulosq; vicissim
 Præferri dominis, & belli forte perire
 Sors generis quondā quos claro è sanguine misit.
 Et si forte breuī requiescant tēpore bella,
 Legibus armatas furere in certamina leges.
 Ius anceps pugnare foro, quo iurgia fratrum
 Non leuius votis feriunt quàm prælia telis.
 Sed quis vota notet, clament quū facta nocentur?
 Quis fraudes & furta gemat gaudēte rapina?
 Quis ue minora fleat si coram maxima fiunt,
 Inde minora tamen si summis iuncta notentur?
 Nam perisse nullum facinus sub iudice paruū est,
 Nec datur hic cūctas p̄currere carmine fraudes:
 Hoc vnum dicam br euibus, post damna priorū
 Nil superesse mali, quod nō vel perpetret orbis,
 Vel toleret, plenus scelerum, plenusq; dolorū.
 In casu discrimen habent, & crimen in actu.

CAPVT XIII.

Sed tu Christe potēs cui semp̄ p̄cere prōptū est,
Tu figulus massam potis es reparare caducā,
 Et contracta diu ac resoluta refingere vasa,
Luce. 15. Qui dudū in vili latitantē puluere drachmā
 Clara euangelij uerbiq; ardente lucerna
 Inuestigasti

Inuestigasti, magni tu pastor ouilis,
 Qui procul à caulis longocq; errore vagantē Luce. 15.
 Queris ouē: vtq; suo gaudens reddatur ouili,
 Sarcinā fit quæ cura fuit: nec querere tantum
 Illa fatis cœlestis habet clementia Christi:
 Ni ferat impositam tergo, atq; in ouile reducat.
 Vtq; vnam ex ouibus stigi de fauce barathri
 Inferniq; lupi crudeli ex ore receptam
 Accipias, euangelicus te filius ille
 Iunior instituet: pecudis qui forma reuersæ
 Quid fugias docet: & lapsus quo deniq; pacto
 Ad meliora queas pacato patre reuertī.
 Ille quidē exhaustos postquā disperfit æceruos: Historia filij
prodigi. Lu. 15
 Vitaq; cōsumpto mutata est prodiga censu:
 Turpia porcorū digne cōuiuia sectans,
 Optauit siliquis compleri vilibus aluum:
 Donec sæua fames longo discrimine victum
 Cogeret offenso tandem se reddere patri:
 Confessumq; reum laxato crimine solui.
 Quem mox prostratū mitis pater alleuat vltro:
 Et trepidum blanda solatur voce pudorem.
 Quin & quē loquitur, facto testatur amorē:
 Nam reduci ornatus vestis dat prima secundos,
e 3 Lataq;

Lætacq̃ solennis celebrat cōuiuia cœtus:

Quod rediuiua suis quondam de funere proles

Surgat, & orbato redeant noua lumina patri.

Oratio ad Christum. At tu cunctipotens hominū rerumq̃ creator,

Quāquā omnes fieri saluos cupis, atq̃ beatos:

Nulla tamen pateris nostræ dispendia mortis.

Nec mundo pereunte, tuis cōtingere dānum

Diuitijs poterit: nescis decrefcere, nescis

Augeri, & pleno perstat tibi gloria regno.

Sed famulis id redde tuis quod perdidit Adam,

Quodc̃ tulit primū viciatæ stirpis origo,

Ortu restituat per te pia vita secundo.

Forma vetus nimium lacero circundata peplo,

Iam veteri scissam ponat cum crimine vestem.

Pallia prima pater redeunti porrige proli.

Lucæ. 10. Olim seminecem miserans tu forte repertum

Inc̃p̃ via abiectum (quem nō multo ante latrones

Præterea inflic̃tis spoliarant vndiq̃ plagis)

Hanc tu Christe viā sumpto dū corpore curris

Allisum reperis, nec deseris: insuper egrum

Carnis iumento importas, & vulnera fanas.

Non secus inferni qui dudū præda latronis

Multiplicī exanguē trahimus prævulnere vitā:

Nullum

Nullum aliud præter te vnũ solamen habemus.
 Quod si nunc medico, curabit vulnera forũ.
 Gratia designata oleo, sapientia vino,
 Et samaritani nos extera cura fouebit:
 Pelletur validus medicato corpore languor,
 Ergo qui non vis moriendi crescere causas,
 Nec peccatorum crudelia funera queris
 Sed mage cõuersi vt viuãt: blando excipe vultu
 Quos confessa tibi gemitus pia pectora fundũt,
 Vt quondam tecum passæ sub tempore carnis
 Proximus immani pendens de stípite latro,
 Quem nõ culpa tibi similem sed pœna tenebat,
 Confessi venia supplex est criminis vsus.
 Ille etenim non vt membrís, ita corde ligato,
 Etsi confixas clauis extendere palmas
 Non potuit, liber mentem cũ voce tetendit:
 Sicq; reus, scelerũ quũ digna piacula pendit
 Martyrium de morte rapit: cui sine sagaci
 Prouida cura fuit tales non perdere pœnas:
 Præripuitq; aditum moriens, cœloq; leuãdus
 Ardua sublimi tenuit compendia saltu.
 Porrige sic nobis celsam pater inclyte dextram
 Nos quoq; perpetuæ consortes effice vitæ:

Nolo mortẽ
 morientis di-
 cit dominus:
 reuertimini
 & viuite.
 Ezech. 18.
 Pij latronis
 confessio.

Atq̄ profanati deceptis fraude latronis
 Ut tibi cōpasso miserens succurre latroni:
 Liuida quos hostis paradiso depulit ira,
 Fortior antiquæ reddat tua gratia sedi.

FINIS LIBRI TERTII

DIVI ALCHIMI AVITI

Viennensis archiepiscopi Liber quartus
 De diluuiō mundi.

CAPVT I.



Infectū quōdā vicij̄s cōcordibus orbē
 Infandūq̄ nefas cœlo vlsiscēte piatū
 Diluuiō repetā: sed nō q̄ fabl̄a mēdax
 Victuros lapides mūdū sp̄sisse p̄ aplū
 Deucaliona refert dirum genus vnde resumpti
 Descendant homines, cunctisq̄ laboribus apti:
 Saxeā qui duræ monstrant primordia mentis:
 Sed veri compos fluctus nunc prosequar illos,
 Per quos immissus rebus vix pene creatis
 Lactentem velox præuenit terminus orbem.
 Extulerat mortale genus crudelibus ausis
 Ingentes animos: omni pro lege voluntas
 Sola erat: vsq̄ adeo cōuersi in crimina mores:
 Ius hominū nullū, tūm nil distare putatum

Falsq̄

Falsq̄ nefasq̄ interrecti custodia nunquā,
 Non iudex, non testis erat, non deniq̄ rector,
 Arbiter aut morum, vel qui suaderet honestū;
 Sed princeps sibi quisq̄ fuit, virtute nocendi.
 Nec meritis sed mole potens qui fortior esset,
 Hic melior sibi met sese censore placebat.
 Brutorū quā hominū vitā magis esse putares,
 Nā diuinum in se nō intellexit honorem
 Mens humana sitū; brutoq̄ simillima facta est.
 Sanguis potus erat, cęsorum viscera passim
 Indomitis laceras prebebant mentibus escas.
 Insuper & quadrupes, si cuiquā humanius esset
 Ingeniū, medijs vel mortua belua campis
 Pastus erat; tum nulla fides, lex nulla vigebat.
 Quā vero pecorum ritu permissa voluntas
 Et diffusa palam ruptis lasciuiā, frenis
 Luxurięq̄ forum, atq̄ obscœni nundina mundi
 Ferueret, castis fas non est dicere musis.

CAPVT II.

TALIBUS ac tātis hominū gēs improba gestis
 Syluestres animos naturæ fœdere rupto,
 Induerat; pulsaq̄ procul ratione furebat,
 Desertaq̄ Dei cœlestis imagine, prorsum
 e s Omne

Omne decus mentis turpi deiecerat actu.

*Similitudo
pulchra.*

Haud secus ac pulchri quum fertilis area campi

Quam succisa dedit purgato robore sylua,

Tempore dum colitur iusto, et mordacibus illis

Subijcitur rastris, respondet frugibus, ac se

Seruat composito ruralis gratia vultu.

Contra autem exercere solum si negligit, aut si

Agricola oblitus sua brachia forte remisit,

Laxauitq; manus, fessoq; quieuit aratro:

Pigrescit primū durato cespite tellus:

Mox rudibus ramis atq; aspera palmite crebro

Disciplinatos diffuescit promere fructus:

Et frutices mittit, syluamq; minatur inanem:

Quam si nec fera succisor falce repurget,

Non iam virgultis, sed denso stipite lucus

Texitur, & steriles diffundit in aëra frondes;

Donec conclusa ramis currentibus vmbra,

Mox importunæ depulso sole tenebræ

Ad secura feras inuitent ludere lustra.

Taliter humani generis non ordine recto

Perdita mandata iam post primordia legis,

In prauum labens paulatim vita tetendit.

Proficiens peiore via, constantior ipso

Iam

Iam paribus studijs nutriti criminisv su.
 Et tamen auctorem vicij culpæq; magistrum
 Doctior erratis, lapsuq; peritior omni
 Succidua prolis crescens audacia vicit.

CAPVT III.

VT fluius primum parua diffusus ab vrna
 Perspicuum leto promit qui gurgite fontē,
 Tramite quē summo facili transmittere saltu
 Quisq; potest, mox irriguo deductus ab ortu
 Viribus augetur subitis, ripasq; retrosum
 Pellens, crescentes pellit per plana liquores,
 Occupat & spacium, pereuntiq; imminet aruo:
 Tunc circumfusus vicinis vallibus amnes
 Sorbet præteriens, externasq; incipit vndas
 Augmento finite suo, mixtasq; sub vno,
 Nomine, corrosis diffuso gurgite terris
 Cum trabibus flabulisq; boum, lustrisq; ferarum
 Sæuior accessu longoq; furore potitus
 Tandem desistens pelagi transportat in vndas.
 Sic eius motus similisq; ad turbinis instar
 Humanum vicij ibat genus: & tamen ipsa
 Longius insanas mentes dissoluerat ætas,
 Centenos nouies crebro quum duceret annos

Vita

Vita tenax, tanto suspensi tempore lucri.
 Nullus terror erat, quod si qui debita læto
 Iura darent, ferrentq; assuetæ funera mortis,
 Perpetuam interim fragili cum corpore vitam
 Credebant: æui sic cunctis nulla futuri
 Spes inerat, solusq; sibi fundauerat omnem
 Sensibus in cæcis periturus mundus amorem.

CAPVT IIII.

Gigantes. **T**Empore quinetiam peccatrix terra sub ipso
 Nutribat sæuos immania monstra gigantes.
 Nec tamen effari solitum quo semine cretos.
 Cõmuni cunctis ortum de matre ferebant:
 Qui genus, vnde patres, prohibet archana fateri,
 Si speciem quæras humani corporis illis,
 Plus vultus quàm forma fuit: sic linea membris
 Cõueniens, hominem monstrabat, dissona molē.
Commenta Quapropter deinceps cõmentis Græcia fictis
Græcorū de Dedecus infandum mæsis informibus auxit:
gigantibus. Et portentosis descripsit corpora membris:
 Pube tenus quum formaviri, quū corporis ima
 Supplerent vasti mixto pro crure dracones,
 Artus semihominū patulis qui faucibus, imo
 Integros viuosq; homines crudo ore vorarent.

Tunc

Tunc etiam aiebant diro terrore, tonanti
 Blasphemis cœlo conuicia mittere plantis
 His similes mendax Phlegræi fabula belli.
 Excussas finxit iecisse per aëra rupes;
 Pro telis, spaciofa manus quas turbine mentis
 Sparserit, & missis cœlum quassauerit aruis.
 Hæc sunt priscorum que de terrore gigantũ
 Carmine mentito graij cecinere poëtæ:
 Qui cœlum aduersus prauis contendere factis
 Institerint, nec iam missis conflagere telis
 Quum possent, diris agitarint prælia votis.
 Mōtibus impositos nec enim fas credere mōtes,
 Hoc tamen & deinceps illos tentasse putabo
 Qui coctos lateres, lentoq; bitumine iunctos Gen. 11.
 In sublime rati manibus sic posse superbis
 Sustolli, & celfas in sidera surgere moles;
 Quum fureret mortale genus, castoq; labore
 Irrita conscensis cōmenta inferret in altum
 Nubibus, & refugum sequeretur machina cœlã
 Non prius absistens, subitas discordia linguas
 Quàm daret; & varius confunderet oia sermo,
 Hinc sparsum foedus diuisa lege loquendi
 Quod scelerum assensu turbata superbia rupit.
Sic in

Sic interruptę perierunt culmina massę:
 Effectuq; carens cessauit in ęthere turris.
 Hec post diluuium: nam quātas tempore prisco
 Pressa gigantęas tellus produxerit arces,
 Atq; lacepsitis contēptum immiserit astris,
 Abstergente Deo dīra eluuiōe docemur.

CAPVT V.

CErnebat patiens iādudū insana furentes
 Terrarum populos hominū rerūq; creator,
 Expectans siquem vani consortia mundi
 Linquentē melior moneat resipiscere cura:
 Sed cōiuratus (post quā percurrere cōeptū est)
 Perditionis iter statuit, sensusq; per omnes
 Obtinuit victor peccati insignia mundus.
 Nec reuocare gradum à vicijis, gressumq; referre
 Cuiquā erat in votis: id tandē exhorruit auctor.
 Pœnituitq; illū miserī quē fecerat orbis.
 Tum tales tonuisse minas cōmotus ab alto
 Fertur, & excitas laxasse his vocibus iras.
 O nullis illecta bonis, nullisq; repressa
 Legibus, antiquo tantum submissa draconi
 Effera gens hominū, ducto corruptior æuo,
 Non Euam cecidisse fatest, transcendit' omni
 Crimine

*Pœnitet mese
 cisse eos.
 Gene. 6.*

LIBER QVARTVS.

Crimine compertor læti: nec sufficit illud
 Vicit inexpertum serpens quod pristinus Adā.
 Non contenta sui fedari crimine patris
 Addidit ipsa suos mortalis vita reatus.
 Expectasse diu nil profuit: insuper omne
 Concessum veniē rapuerunt crimina tempus.
 Iam nimium longas patientia continet iras,
 Vindictę iam tēpus adest: nec fulmine terras
 Flammeus ardor aget: vasto nec cedit hiatu
 Quę premitur nimio tellus insana tumultu.
 Sed vitij sordens fluctu delebitur orbis.
 Ad chaos antiquum species mundana recurrat:
 Incę suas redeant vndarū pondera sedes.
 Arida concedat lymphis, rursusq; sepultas
 Terrarum species informis contegat humor.
 Hęc clades homini, carniq; hic terminus esto.
 Sic pater æternus disponens funera rerum,
 Diluuiū dextra terras vibrabat in omnes,

CAPVT VI.

INterea pleno viuebat iustus in orbe
 Vnus hom o, & mētē solus seruabat honestā:
 Nullus vota Deo donis precibusq; ferebat
 Hunc præter: summus quē dignū laude creator
 Noffet,

Noffet, & exceptum vitæ feruare pararet,
 Stemmatis hic sacri nam claro nobilis ibat
 A proauo, quem prisca fides & conscia virtus
 In cœlum sine morte tulit: sic celsa petenti
 Successit magnis non impar filius actis.
 Nec minimum est illum salui cum corporis vsu,
 Terrenas liquisse domos, intrasse supernas.
 Quãquã quo Noe proauus conscenderat Enoch
 Elias cursu post tempora longa secutus
 Scribitur ignitis scandens penetrasse quadrigis,
 Quum suspensa leues trãsmitteret orbita ventos,
 Vngula vel premeret cassato pondere nubes,
 Vallatumq; ferens sanctum non vreret ignis:
 Et motus seruans nesciret flamma calorem.
 Nos igitur satis est cœlum potuisse mereri
 Membrorum sub lege sitos: sed non tamen illud
 Segnius admirer, sancti quòd tempore Noe
 Vnius ob meritum natis nuribusq; tuendis
 Orbis in exitio adlatam nouere salutem.

CAPVT VII.

EST ille in cœlis numeros qui præterit omnes
 Angelicus sine fine chorus, qui laude perēni
 Conclamat celebratq; Deum, famulãtia suetus
 Ferre

Ferre ministeria, & iussis parere supernis.
 Hi nunc quod rectum mortalia corda precantur,
 Concipitur dignis sacro quod pectore votis,
 Quicquid larga manus collectis spargit egenis
 Excipiunt, sanctoq; ferunt super astra volatu.
 Quinetiam iustos fragilis dum vita fatigat
 Tutantur, mundiq; inter discrimina seruant.
 Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille
 Maxima quæq; Dei quo dispensante ministro
 Res geritur, rebus mysteria qui parat altis.
 Hic dominum cœli venturum corpore sumpto
 Virginis intactâ iussus prædixit in aluum;
 Sacraq; dotali compleuit viscera verbo
 Hic & baptistę præcurrens nuncius ortum
 Desperata diu dum ferret germina patri,
 Inter sacra virum conterruit: & dubitantes
 Protinus insolito restrinxit more loquelas:
 Donec prædicto fœcundam redderet ortu
 Prolis anum: multos sterilis quę deniq; in annos
 Fudit diffidens effœta puerpera fœtum.
 Hic rerum solers summusq; archangelus ille
 Aëra per liquidum leuibus circumdatus oris,
 Vibrataq; mouens ignito in corpore pennas,
 f Nulli

*Gabriel.**Lucæ. i.**Lucæ. i.**Zacharias
mutus.*

Nulli conspectis ad terram motibus ibat.

CAPUT

VIII.

ET tum forte gemens cunctorū crimina Noë
 Inflexis stratus genibus cū supplice planctu
 Mundanis veniam mundo nolente petebat,
 Quum subito clausis foribus tamen aliger intrat
 Conspicuus claro resplendens nuncius ore.
 Horrescit visu tanto perterritus heros:
 Mortalisq; oculus fulgorem ferre supernum
 Vix valet; & pauidi detorquent lumina vultus.
 Ille salutiferis primum mulcere timentem
 Aggreditur verbis, cœliq; exponere iussus.
 Hæc per me summus pelagi terræq; creator
 Imperat vt primum concessa pace quietus
 Excipias; nostrisq; fidem des optime verbis.
 Insperata quidem cunctis sententia læti
 Imminet; hanc solus sed enim tu euadere cladem
 Et præscire potes; nam te calcata voluptas
 Iam pridem rectum toto discreuit ab orbe.
 Vnica sed quoniam sæuo te excludere læto
 Forma modusq; potest; tantos euadere casus
 Qualiter incipias, paucis ex ordine fabor.

Gen 6. Finis erit rerum permissis vndiq; lymphis;

Atq;

Atq; relaxata vastabitur orbis abyfso.
 Nunc age congestis crescat fortiffima lignis
 Machina, quę surgēs fluctus superenatet omnes:
 Tercentum cubitos per longum ducta tenebit
 Bisquinis late claudetur, bisq; vicens
 In triginta illi constabit culminis altum,
 Tristegaq; hic facies, simul & coenacula in illis
 Cuiusq; asseruans animalia plurima formæ:
 Queis statures varijs discreta cubilia cellis,
 Tum ne rimosi com pagum forte meatus
 Accipiant inimicum imbrem, memor esto linire
 Iuncturas laterum, pigrumq; infunde bitumen.
 Taliter effectam quum consummaueris ædem,
 Protinus ingredi, ac mūdum dimitte cadentē,
 Excludit quem culpa frequens, includere clades
 Incipiat: circumq; fremant te sospite mortes.
 Quinetiam lateris sociam succedere tecto
 Et cum coniugibus natos intrare iubeto.
 Tuq; secundus eris delecti germinis auctor:
 Vt te post primum repleatur terra parente.
 Sed quia perfecto diuinis viribus orbe
 Post operis finem, post leges, postq; sacrata
 Sabbata, formari quidquā non conuenit vltra:
 f 2 Ne penitus

Ne penitus cessans intercīdat omne creatum,
Spirantum è cunctis pecorū, celerumq̄ volucrū
Sylvarumq̄ foris, iumentorūq̄ potentum:
Vel quę per tractos reptant labentia motus:
Bina cape; & tecum clauſtro victura reconde:
Sic tamen vt proprios teneant ſua vincula ſexus,
Vnde genus rurſum tellus implenda reſumat.
Nec timeas ne forte feros animantia motus
Seruent, aut ſolitis præſumant rictibus iras:
Fœdus erit cunctis quę diſcordantia profert
Per varios natura modos; & pace fideli
Parebit iuſſis quidquid cōcluſeris illuc
Serpentis tantū ſemper figmenta caueto:
Vertice ſubmiſſo blandum licet ille trifulcis
Finxerit abſcondens per dulcia ſybila Linguis
Immortale odium: nec quidquā ſi ſapis illi
Credideris, blando ſermone infidus ineſcat.
Nam quicumq̄ ſemel lædendī quęſijt artes,
Hic ſemper ſuſpectus erit: penitusq̄ cauendū eſt
Ne iam mentito cōiungat fœdera prudens.
Tu poſt exemplum iuſſis ſeruīre memento.

Caput

HAec fatus, vacuū leuibus fecat aëra pēnis,
Mortalem fugiens aciem, cœloq; relatus
Heroem trepidum mandata lege reliquit.
Ipse tamen tali manibus cū voce leuatis,
Quisquis, ait, nobis tantam spondere salutem
Seu missus seu sponte venis ex æthere celso,
Et placidum fausto confirmas fœdere pactum:
Sis fautor, firmentq; tuas promissa loquellas:
Auxiliumq; tuum conatibus insere nostris:
Vt tenuis tantā valeat manus edere molem.
His breuiter dictis vitę spem corde reponit,
Aggrediturq; celer sacri præcepta laboris.
Quis tantos capiat sensus? quis deniq; sermo
Explicit, aduectis fuerit quę copia lignis?
Nudati colles, spoliatis arbore syluis
Iam sua certatim concedunt robora montes.
Pelion immensas mittit de vertice quercus:
Insuper exponit multa virtute recisum
Ossa nemus, Pindoq; abies subducitur alto.
Athlas ipse nouas ictu resonante secures
Sensit, & annosas dedit ad naualia pinus.
Inuisum tunc surgit opus; contexta leuatur

f 3 Porrectis

Porrectis trabibus præcelsi culminis ædes,

CAPVT X.

HAec inter, discors varij sententia vulgi:
 Nā multi lymphis obstacula tanta parantē
 Irrisere virum; moles quòd clausa moueri
 Fluminibusq; dari nequeat; quā forte nec ampli
 Euphrates Nilusue queant includere ripis.

Apostrophe. Humani generis quid mens incredula reris,
 Mortalem non posse manum coniugere ponto
 Aedem longinquā; pontus namq; obuius vltro
 Curret, & adductum tanget stans fabrica littus.
 Ast alios celsam compacto robore massam
 Ignaros quāquam cladis causseq; latentis,
 Mirari nouitas, & formidare coëgit.
 Haud aliter studium iam tunc diuiserat omnes
 Quàm nūc mūdus agit. Sunt qui cōpuncta fideli
 Corda dicant operi rebusq; instare supremum
 Discrimen norunt; corpus quum concidet omne
 Bacchatamq; diu confument secula carnem;
 Effugiet tunc ille malum quicumq; paratus
 Præduri validam edificarit tegminis archam,
 Per lignum vitale crucis seruatus ab vndis;
 Tunc cernet quanto contempserit ocia fructu.

Hic

Hic tamen interea sudantem operiqꝫ vacantem
 Non ne piger lucri quisquis tædensqꝫ laboris
 Infanire putet: cura quòd solus inani
 Aestuet, & rebus nolit pereuntibus uti?
 Sic epulans parcum, sic largum quisquis auarus,
 Sic nudum raptor, sic castum ridet adulter.
 Sic circum scribens illuso simplice gaudet
 Sic sapuisse dolet diues cum congregat aurum
 Spargentem nummos varios in pauperis vsus:
 Consumptis opibus miserum ratus esse beatum.
 Ergo repentinum iudex quum cerneret orbi
 Aduentare diem, finis sic protinus inquit
 Imminet, vt iusti quondam, sub tempore Noë
 Diluuium varios mundi quum repperit actus.
 Et carnem consumpsit aquis opifexqꝫ salutis
 Euasit facto diffusa pericula claustro.
 Hæc euangelicis sunt inclamata figuris.

Matth. 24.

CAPVT

XI.

PRouidus interea consummat cōditor archā.
 Tūc iussæ accurrūt volucres, tūc bestia queqꝫ
 Consuetum linquens syluoso tegmine lustrum,
 Deposita feritate venit: seseqꝫ tenendam
 Ingerit occurrens, & libertate relicta

f 4. Includi

Includi gaudet, tantū decreta futuri
 Vis valet; occultus brutis in sensibus ardet
 Terror, & expectans agitatur formidine mentē.
 Ast homines quos fors certi discriminis vrget
 Vicina nec morte pauent; sic vindice cœlo
 Securos letosq; reos tellure Gomorrae,
 Iam prope sub flammis sentētia dicta videbat.
 At contra Niniuæ populis terrore salubri
 Preualuit pro pace metus; iā venerat illuc
 Iussus multū ille, & terris iactatus & alto,
Ionas. Qui clamaturus tante discrimina plebi
 Diluuium timuit mundo constante propheta.
Ione. 2. Hauserat hunc valido peruadēs belua rictu,
 Immersumq; mari ventris concluderat archa;
 Deglutire virū, fauces implere capaces
 Non licuit, mordere tamen, nil dentibus actū est
 Sed cupidū intrauit deludens præda vorantē;
 Inuasusq; cibus ieiunavixit in aluo.
 Dumq; illū ternos agitasset belua soles
 Et noctes totidem ac littus vacuanda viderent,
 Tunc castigatū vomuere ergastula pastum,
 Ut monstro exutus vates, cœlumq; recepit
Ione. 3. Contingens terras; magnā tunc percitus urbē
 Terribili

Terribili cū voce petens vis criminis inquit
 Ardentes nisi poeniteat, purgabitur igni.
 Iamq̄ venit finis, lentū est hoc dicere veni,
 Non plus fatus erat, totus coniurat in omne
 Lamētum populus, concurrunt vndiq̄ fletus,
 Pectora tunduntur, cœlum suspiria pulsant:
 Mollibus abiectis cilicū dant tegmina setę,
 Inq̄ cibos cineres, lachr ymas in pocula fundunt.
 Ipse etiam dignus tali qui tempore princeps
 Ante aciem flentū portet vexilla salutis.
 Atq̄ nouū dictu, metuens discrimina vincat.
 Proijcit hinc sceptrum, linq̄it sublime tribunal
 Pallia blattarum spreto diffibulat auro,
 Serica despiciens atq̄ aspera tegmina sumens.
 At pius ex alto contemplans talia rector,
 Exertas reuocat sedatis motibus iras:
 Vibratumq̄ tenens restringit missile ferrū.

CAPVT XII.

ERgo vbi collegit syluestres vndiq̄ sexus:
 Inclusitq̄ feras pecudū, tunc eligit illa
 Sumere que licitū est, & ob id iā mūda vocantur.
 Hinc centū septena dedit viuētia claustro:
 Vt ternis paribus seruato semine saluis

f 5 Septima

Septima quę fuerint sacris quandoq; litentur,
 Et iam vitalis concluderat omnia carcer:
 Tunc iustum cunctosq; suos natosq; nurusq;
 Accipit expectans claustrum, vitęq; reponit.
 Nam seruos ^{non} ~~autem~~ dederat natura vocari:
 Nec dominos famulis discernere nouerat ordo.

Initium ser- Primus enim maculam seruili nomine sensit
uorum. Huius natorū mediū, qui forte cachino
Gene. 9.

Distectum petijt misero spectamine patrem,
 Materiamq; sui risit deformior ortus.
 Quod postquā sanctus Noë resciiuit in iras
 Ardet, & irrisi seruum pro crimine patris
 Germanis iubet esse suis: primū inde repertum
 Seruitij nomen: cuncti nam semine ab vno
 Prodiimus, patremq; omnis sibi vendicat vnum
 Posteritas: deq; ingenuo mala crimina seruū,
 Efficiunt: quod si vitam post degat honestam
 Natales faciens sibimet iam nobilis inde est.

CAPVT XIII.

NVncius interea dudum qui missus ab alto
 Detulerat iusto cęlestis munera verbi,
 Vt clausam vidit perfectis omnibus archam
 Expectare diem: rursus descendere cęlo
 Festinans

Festinans laxos firmavit cardine postes
 Inclusitq; viros, atq; hostia fortia traxit.
 Confestimq; leuans supero se rettulit axi.
 Aevo sexcentos senior transcenderat annos,
 Lunaq; bis plenos addebat menstrua cursus,
 Septimus & decimus qui post illuxerat orbi.
 Vltimus ille dies iam tunc dedit omnia læto.
 Hic statim obtegitur cœlum nimisq; tenebris
 Victa repelluntur fuscata lumina solis:
 Infanas hominũ mentes vix tangere terror
 Cœperat; insolito mox proflus ethere nymbus
 Et valido primũ similis demittitur ymbri.
 Arrida terrarum pariter maduere per orbem.
 Vna fuit toto facies & nubila cœlo.
 Aegyptus tunc ipsa nouas expauit ad vndas.
 Altit & infusus Garamas, dudũq; calentes
 Humida massillas tetigerunt frigora Syrtes.
 Nec longũ pluuie species, non deniq; gutte
 Stillant, sed rupto funduntur lumina cœlo.
 Non aliter Tanais niuibus cum pascitur albis
 Rypheo de monte ruens illiditur anni:
 Præcipitatq; simul longo quod tramite ducat.
 Vndarum tali quatitur certamine tellus;

*Gene. 7.**Similitudo.*

Fitq;

Fitq̄ lacus instar compressus fluctibus aër,
Nec tamen hic lymphas tantum fudere superna:
Terrestres etiam mundus confurgit in iras.
Rumpitur omne solū, crebros dant arua meatus.
Profiliunt fontes: ignotaq̄ flumina manant:
Vergitur in sursum mutato pondere nymbus.
Inde cadens cœlis, hinc terris vndiq̄ surgens:
Occurrit mox vnda sibi, iunctoq̄ furore
Coniurant elementa neci, transcenditur omnis
Riparum limes fluuijs, atq̄ obice rupta
Sæuit laxatis discurrens humor habenis.
Sed cum diffusæ spacium concludere terræ
Omnia certarent; mundumq̄ implere capacem:
Suspendi forsan potuit sententia læti,
Atq̄ mora maiore trahi: quo tardius omnem
Concedens spacium rapiat mors vltima carnem.
Ni pater oceanus mundum indignatus in ipsum
Qui terras omnes tantum vno littore cingit,
Exiret rumpensq̄ fidem perfunderet arua.
Ergo vt peruersi vindex crudelior orbis,
Dissipat æternas leges, & sede relicta
Regna aliena petens, naturæ fœdera turbat

Caput

VT duros primū pelagi sensere furores
Illustres fluuīj, magnos quos inclita cursu
Forma refert: motusq̄ nouos stupuere parūper.
Vt credas sapuisse fugam mox versa retrorsum
Vndarum in terris sublata volumina spargunt.
Insequitur tamen oceanus: refugisq̄ fluentis
Imminet: & falsis impellit motibus amnes.
Tunc maior strepitu tanto mortalibus ægris
Fit metus: ascendunt turrets, & celsa domorum
Culmina: præsentemq̄ iuuat vel tempore paruo
Sic differre necem: multos dum scandere tentant
Crescens vnda trahit: quosdam fugitare volētes
Consequitur, cursuq̄ fugam deprendit inanem.
Ast alij longo iactantes membra natatu,
Defessi spirant animas: aut pondere nymbi
Obruta flumineas immixta p̄ æquora lymphas
In quocunq̄ bibunt morientia corpora monte:
Aedibus impulsis alij periēre ruina:
Cumq̄ vndis fluxere simul dominusq̄ domusq̄.
It fragor in cœlum, sonitu collectus ab omni:
Quadrupedūq̄ greges humana in morte ruentū
Augent confusos permixta voce tumultus.

Hæc

Hæc inter miseri feruentia funera mundi
 Prægravis insanis pulsatur motibus archa,
 Cōpagesq̄ tremunt, stridens iunctura laborat.
 Nec tñ obstructā penetrat vis improba: quāquā
 Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget:
 Non aliter crebras ecclesia vera procellas
 Sustinet, & seuis nunc diuexatur ab vndis:
 Hinc gentilis agit duros sine more furores:
 Hinc Iudæa fremit, rabidoq̄ hanc impetit ore.
 Hereseon vesana furens ex inde carybdis
 Concutit, & Graium sapientia stulta sophorū.
 Quæ quāquā inter se vario certamine pugnant,
 Debellanda tamen si quando ecclesia, gaudent
 Consensu vnanimi Christi consurgere contra
 Nauiculam: & vanis mendacia fingere verbis.
 Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

*Archa Noe
 ecclesiā præ=
 figurauit.*

CAPVT XV.

IAm medium crescens archæ cōtexerat vnda,
 Cōmoratq̄ cauā suspendens vndiq̄ molem:
 Sed melius tutā facili portante natatu.
 Quoq̄ vocant vndę sequitur iā mobile pondus,
 Sic nos seruati meliora in tempora, mundo
 Cedere discamus dum ducimur: omne resistens
 Si flecti

Si flecti nescit metuat vel pondere frangi
 Sed sic cedamus fluxum ne sentiat intus,
 Peccatum ue trahat mens impenetrabilisvllum,
 Nauigat interea claustro cōmissus eunti
 Fons vitę: seruatq̄ furens super omnia pontus
 Orbis depositum, fido quod tegmine promat;
 Quum pax terrarū reddi sibi debita poscet.
 Sic fluitanti vnde tellus subducitur omnis:
 Quinetiam inflatę liquidū super ęthera summis
 Collibus impositę vicerunt edita lymphę.
 Delituit tectus ponto tum piniger Othris:
 Parnassi vertex caudem non protulit altam.
 Ipsa cupressiferi latuerunt saxa Licęi:
 Subductę rupes, ęquatę fluctibus alpes,
 Exclusis domibus totus iam deniq̄ mundus
 Axis & vnda fuit: nam cunctis morte subactis
 Regnabant pelagi syluoso in gurgite monstra.

CAPVT XVI.

ET iam vicinum pulsabant humida cœlum:
 Iac̄ quater denis manabat noctibus imber:
 Cōpleratq̄ necē, nec mors quod tolleret vltra
 Inueniens iustum audebat contingere Noe:
 Frenantur tandē pluuię, resplendet & ęther,
 Redditur & cœli vultus, solq̄ ipse reductus

Genesis. 9.

Sed non inuentis qui reddat lumina terris.
 Tātū in aquis lucens tristis videt æquora fulgor.
 Quumq̄ etiam radios admotas frangit in vndas:
 Tum consumendis feruens ac proximus instat.
 Non minus & patuli terræ clauduntur hiatus:
 Queq̄ prius vomuit lætali ex ore fluenta,
 Obicibus proprijs constricta reforbet abyssus.
 Nec tamen vt breuiter cōcreuerat, vnda recessit:
 Siccant non pauci longo sub tempore menses,
 Quod pauci fudere dies iam ducta natatu.
 Armeniæ celsis instabat montibus archa:
 Et nondum nudis fundo confederat aruis:
 Vt stabilem sensit senior, motuq̄ carentem,
 Nec fluitare natans ventosa per æquora lignum:
 Credidit abductis nituisse liquoribus orbem.
 Tunc referat summam sublimi à fronte fenestrā
 Emissa refluos exploret vt alite fluctus:
 Illa volans longo diuerberat aëra plausu,
 Pennarumq̄ leues diffundit motibus auras.
 Quumq̄ diu fessis vndas perstringeret alis,
 Nec locus optatam requiem concederet vllus:
 Consuetū repetit prospecto ex æquore claustrū,
 Exceptam senior manibus tunc colligit intus:
 Aduertens

Colūba emis
sio.

Aduertens nullas patuisse per humida terras.

CAP V T X V I I.

INterea magna pontus se mole mouendo
 In chaos antiquū linquens mundana redibat;
 Excelsi tandē proferre cacumina primum
 Incipiunt, post quos parui crebescere montes.
 At vero vt pelagus cinxerunt littora priscum:
 Oceanusq; sacer notas collectus in oras,
 Contentus solito labentia flumina tractu
 Sorbuit, & cunctis distrinxit frenā fluentis:
 Torrentesq; suæ clausurunt vndiq; fossæ:
 Libera subductis nituit mox arida lymphis.
 Tunc interposito producens tempore coruum
 Scire cupit senior, vacuumq; interrogat orbem.
 Ales vt extensis nitidum petit aëra pennis,
 Aspiciens plenis immensa cadauera terris,
 Carnibus incumbens, & mox oblita reuerti,
 Rectorem placidum cōmuni in sede reliquit.
 Sic nescis Iudæe fidem seruare magistro:
 Sic carnem dimissus amas, sic gratia nunquā
 Custodi vitæ dominoq; rependitur vlla.
 Mente vaga sic lassus abis, sic foedera legis
 Rupisti, & primum violasti perfide pactum.

*Pulchra simi
 litudo.*

g Temporis

Temporis vt spacio senior collegit inertem
 Iam potuisse suis coruum se reddere claustris:
 Ignarus tardi reditus, causæq; morandi,
 Ne fors innexis fessum cōsumperit alis,
 Iunxerit & cunctis pereuntibus vnda recurrens:
 Protinus albentem mittit de sede columbam,
 Illa memor iusti rapido petit arua volatu:
 Paciferumq; videns ramum viridantis oliuæ.
 Decerpit mitiq; refert ad condita rostro.
 Tali legatus firmavit foedera simplex
 Iudicio, purumq; pius sic comperit orbem.

CAPVT XVIII.

Gen. 8. **I**nteger immensum vertebat circinus ^{an}anum
 Quo foelix claustrū spirātia cuncta tenebat:
 Tum pater ablatis obducta repagula valuis
 Pandit, & inclusis dissiuetum reddere solem
 Incipit effesso redeant vt semina mundo.
 Ante tamē iustus iubeat quā sparsa vagari
 Singula de septem quæ dudū claudere munda
 Curauit, natis pariter nuribusq; vocatis,
 Cespite cōstructa disponens immolat arat
 Accendens sanctos his primū altaribus ignes,
 Plurima dū magnis adolentur corpora flāmīs,
 Et numerosa

Et numerosa leuat perpinguẽ victima fumum:
 Suavis odor tetigit lætum trans æthera cœlum,
 Primacq; purgati suscepta est hostia mundi:
 Tunc igni permixta sacro vox intonat ista.
 Hactenus infectus contagia traxerit orbis:
 Sufficiat tranasse nephas, mundata lauando
 Perpetuo maneat tellus, vultuscq; reductos
 Cõtineant elementa suos: haud amplius vllis
 Perturbata malis moles mundana fatiscat.
 Vos quoq; quos læti saluauit tempore vita
 Inclusosq; tenens casu defendit ab omni,
 Ducite securum seruatis legibus æuum:
 Vosq; caput generis fœcundo semine prolem
 Spargite, diffusum late quæ compleat orbem:
 Deletum instauret numerũ, dominetur & orbi:
 Fertile quinetiam reddant animantia germen.
 Porro autẽ terris ex hoc iam non erit vltra
 Diluuium regnans, carnem quod cõterat omnẽ.
 Vnum quod fuerit signo monstrabitur vno.
 Nec similem repetita necem peccata videbunt:
 Et si crimen erit terror non deerit alter.
 Sic vnum genitor iurans baptisma sacrabat,
 Vt semel abluto lymphis purgantibus orbe.

Gen. 9.

Vnicum bap-
 ptisma unico
 diluuiio figu-
 ratum.

g 2 Baptismũ

Baptifmum haud liceat nobis fperare fecundū.

CAPVT XIX.

VIX tribus exactis celi iam partibus ibat
 Pronus ī occasum radius quū forte remotā
 Axe sub eoo iuffus contingere nubem
 Protulit excuffum madefacto ex aëre fignum,
 Arcus & enituit quam nunc tamnatida Graio
 Irim Romuleò vocitant fermone poetę.
 Pendulus obliquū solem cum fenserit humor,
 Ancípites vario mittet splendore colores.
 Nec munerare queas, fic mixtos lumine vifus
 Multiplicí illudunt diuerfis vultibus orbes.
 Saphyrino, viridi maculoso, cerulo, & albo.
 Purpureū de nube trahit, de fole corufcum,
 De cœlo rutilum, de terra fumit & atrum.
 Et nunc abiunctis quæ constant hæc elementis
 Sic diuerfa putas, vt concordantia cernas.
 Hanc formā figno trepidis mortalibus arcus
 Preftitit effe Deus, promittens nube ferenum
 Nullacq; iam terris debere pericula cœlum.
 Nunc quisquis femel adlatam feruare salutem
 Optas, fignatū potius figno infpice Chriflum:
 gurauit. Verus enim atq; vnus firmatí fœderis arcus

Ille

*Arcus fœde-
 ris Chrif-
 tū fi-
 gurauit.*

Ille Deū atq; homines inter: qui virgine carne
 Virgineo ex vtero sumpta, iam munere lucet
 Multiplici in cœlo varius, sed fulgidus omni.
 Hunc corā inspicias quisquis baptisate tinctus
 Ad cœlum liber culpīs pereuntibus ibis.
 Quod vero sparsis Noe saluatur in vndis
 Baptisati hinc formā Petro test ante docemur
 Archa vetus Noe, Christi est ecclesia: per quā
 Extra etiā quam nemo potest saluari: ergo
 Quicumq; es Christi baptisate lotus in archa,
 Hoc votis precibusq; petas, hoc fletibus opta:
 Ne redeant peccata tibi, ne merfa leuentur,
 Mortua ne surgant, ne debellata rebellent.
 Ne post ablatum valeant discrimina crimen
 Et flammam timeas quia iam nō suppetit vnda.

i. petri. 3.
 Baptismus
 prefiguratus.

FINIS LIBRI QVARTI

g 3

DIVI ALCHIMI AVITI

Viennensis episcopi Liber Quintus

De transitu maris rubri.

CAPVT I.



Actenus in terris undas sedisse canēti
Terram inter fluctus aperit nunc car-
minis ordo.

Illic diluuium quos pderet añ petiuit,

Hic ad diluuium pleno succensa furore

Sponte sua current perituræ milia gentis.

Exodi.1.

Sustinuit duros externa in sede labores

Quum pelusiacæ seruiret subdita genti

Plebs oppressa diu:denſi quã pondere cœni

Et laterum numeris operis mensura diurni

Afflictam sæui vexabat fraude tyranni:

Inuisam sibi met fremdens qui crescere turbam,

Augeri doluit famulos: namq̃ ille vocatis

Cunctis Aegypti obstetricibus, imperat illis

Vt quoscunq̃ mares lux alma emittet, ad vnum

Interimant: solę euadant ea fata puellæ:

Sed tamen auersæ fugerunt talia matres:

Atq̃ interdictos renuerunt perdere foetus,

Perſistente

Persistente Deo plebem diffundere sanctam.
 Quoq; magis mens cæca trahit crudelia pacta
 Hoc plus accrescunt teneræ primordia gentis

CAPVT II.

Viderat interea genitor de sede superna,
 Afflictamq; manum placido p̄spexerat ore:
 Iam facer innocuas dederat de fomite flammæ,
 Et rubus in rubeo viridis permanerat æstu.

Quo signo spinas nostre feruescere mentis
 Et lucere bonis qui non consumeret ignem
 Sed tenebras mūdi auferret pia pectora nossent.
 Illicet electi vates mandata ferebant:

*Rubus incō-
bustus.*

Depromit regi quum primus talia Moses.
 Seruitij longo lassatam pondere plebem
 Oppressos cophinis humeros, attritaq; colla,
 Quasq; opus assiduum fecit durefcere palmas,
 Laxandi iam tempus adest: dimitte precantes
 Tandem cœlesti domino persoluere vota:
 Et complere datos patrio moderamine ritus.

Exodi. 5.

CAPVT III.

Ille fremens inquit quæ tantæ causæ tumultus
 Quisue nou' pplm deus exigit omine misso:
 Scilicet hæ vacuæ tangunt cœlestia curæ.

*Superbi Pha-
raonis respō-
sum .Exo. 5.*

g 4 Et dominus

Et dominus dominis famulos nūc tollere priscos
 Nostraq̄ vult populum cōtemnere iussa rebellē?
 Quis Deus iste recens cui nūc parere necesse est?
 Est ne aliquid quæso mihi formidabile? verum
 Iam video vestras seducunt ocia mentes:
 Et nisi laxatos requies concessa foueret
 Nulla superuacuis tererētur tēpora verbis.
 Quæ si castigans restringat sarcina maior,
 Illicitus vetitum conari desinet ausus.
 At vos signifero qui talia vota ducatur.
 Instruitis, vano & plebem subuertitis ore,
 Conspectus vitate meos, vultumq̄ cauete.
 Ditem namq̄ pharon, vel Pollentissime cursus
 Testor Nile tuos, & diue vocis Anubim,
 Quū rabidus latrat, iam non impune futurum,
 Si nostrū rursus repetant hec dicta tribunal,
 Sentiet iratum mens hæc temeraria regem.

CAPVT IIII.

Exodi. 7. **V**irgā forte manu gestabat legifer heros,
 Huic baculo nitēs gressū dū dextra regebat.
 Excudit hanc valido proiectā cōminus ictu.
 Tum mirum dictu, cōmotū serpere lignum:
*Virga in ser
 pentē versa.* Non insensibiles ceu promit palmite ramos

Vita

Vita mo^uuens tantū, quos altū crescere cernis
 Non etiā sentire, sed hīc multo amplius actū est:
 Fluxit enim reptans mutati & corporis vsu
 Sensum animumq; gerēs cepit decurrere vīrga.
 Mox anguem formata refert: cōterritus hæsīt,
 Aeternumq; niger tum palluit ore tyrannus.
 Sed ne confusum talī succumbere signo
 Cerneret assistens vultu nutante fatelles,
 Disstimulat peragi cœlesti numine factum:
 Nec diuina volens hominū sed gesta putari.
 Tū mandat quoscūq; magos, & carmina doctos
 Illicitam diris tentent vt fraudibus artem.
 Vndiq; tunc iussi concurrunt, & medicatas
 Armant quicq; suas noto phantasmate vīrgas:
 Dant iactæ vanas species, anguesq; putati
 Illusos terrent oculos, fallente figura.
 Nec longum tumuere Magi: cōsumitur omne
 Quod fecisse rati, fictos namq; arte dracones
 Primus adhuc mordax absorbuit ore cerasa.
 Postquā virtutis clausit spectacula Moses
 Victorisq; tenens erexit in aëra caudam:
 Decedit serpens ligno, vultusq; recedit:
 Diriguere vagi durato corpore flexus.

Magi Aegy-
ptij.

Serpentis in
virgamredi-
tus.

g s Quid

Quid multis: fit virga prior: qua deinde sacerdos
Plurima succiduo monstravit tempore signa.

CAPVT V.

HInc durū frandens Pharaonis cōsciū ardor
Diuine incoepit per cuncta resistere dextre
Quæ iam cognoscens nolit tamen ipse fateri.
Protinus exclusos iussit discedere vates.
Illi diuinas pulsant cū fletibus aures,
Ut fremitus gentis tandē frenetur iniquæ:
Quã grauius sæuã monitus fecere superni.
Ipsis quinetiam cœlestibus arma minantem
Tū pater accipiēs gemitus, lachrymasq; precātū
Taliter hortatu blando solatur amarus.
Ne tantum vacuo submittite corda timori
Plebs mea, quam toto mundi de corpore sumptā
Elegi & propria solam mihi sorte dicaui.
Iam nunc cernetis quāto primordia vestra
Prosequar auxilio: vestros vt persequar hostes.
Ducam sublimem portenta per omnia dextram.
Nec valet in paucis Pharius rex cedere signis
Longius vt duram vincant miracula mentem.
Post hæc laxatos etiam discedere coget,
Expelletq; solo: quod nunc negat ingeret vltro.
Ibitis

Ibitis ad magnas post fortia pręlia sedes,
 Qua vocat expectans perfertilis vberē terra
 Et claras victis condetis gentibus vrbes.
 Vos modo promissis tantum confidite donis:
 Et quos deposcent ingentia facta labores
 Lęta ferat virtus, seseq; ad prospera seruet.
 Talibus auditis melior spes arripit illos
 Attollunt animos, palmaſq; ad sidera tendunt
 Concipiuntq; fidem votis grateſq; rependunt

CAPVT VI.

POſtera lux dubios primū premiferat ortus
 Et ſucceſſorem depulſa nocte ferebat
 Inſiſtens aurora diem: tum flumina ſanguis
 Imbuīt, & ſubito maduerunt arua cruore
 Sed non in minimis portentum contigit vndis,
 Fluuiorum rex ipſe rubet, nec lumine priſco
 Niluſ agit proprium quē ſumpſit fonte nitorem.
 Vndarum vice ſanguis ineſt, non corpore fuſuſ
 Aut hoīm de ſtrage, ſed irato delapſuſ olympo.
 Ergo hinc naribus obſtructis victoſq; natatu
 Interiere ſimul peregrini in gurgite craſſo,
 Auxeruntq; ſuo ſaniem de funere piſces.
 Forte & ſanguineuſ mortis cladisq; futurę
 Indiciuſ

Aegypti peſtes per Moyſen illatę.

Flumina in ſanguinem. Exodi. 7.

Indiciū iam Nilus erat: qui protinus omnes
 Aegypti terras, vel quo patet ampla canopus,
 Et portentosa tellus vastissima Memphis,
 Imbiberat dirum spargens per rura cruorem.
 Et iam inter pingues sitiens defecerat vndas
 Aegyptus, si non celerem super arua medelam.
 Afferret, Niloque suas Deus inderet vndas.

CAPVT VII.

TVM vero vt requie pestis subducta reduxit,
 Effertur rursus dilata morte tyrannus:
 Et vix euasæ spernens discrimina mortis,
 Innocuam flagris persistit subdere gentem.
 Nil iuuat hic multis omnem narrare superbi
 Perfidiam, & duri periuria dicere regis?

Rane per to
 tā Aegyptū.
 Exod. 8.

Protinus vt duris infontem affligere gentem
 Imperijs, rursus solita inclementia coepit
 Vnda putrescenti vixdum purgata cruore
 Ranarum foedis impleuit saltibus vrbes.
 Complentur cellę penetraliaque abdita ranis.
 Ipsa etiam raucas regalis purpura voces
 Sustinet, atque suis homines submittere iussis
 Sueta locutuleis frendet succumbere ranis.
 Quarum mox cumulis flāma tonitruoque subactis
 Nec

Nec sic crudelis placata est ira tyranni.
 Ergo muscarum (Cynifes dixere) peremptis
 Confestim ranis examina plurima surgunt,
 Pendula quę portant leuibus corpuscula ventis,
 Pennarumquę vices suppleant stridentibus alis.
 Mox sese pariter fundunt, atquę omnia complent.
 Et licet immerfis defigant vulnera rostris
 Plus horror quā pœna mouet; plus vulnere terror.
 Vt vero infectam corrupto ex aëre pestem
 Sustulit ad Mosi pia vota piosquę precatus
 Ventus agens; creuitquę feri iracundiã regis,
 Nec terrore mali clementia longior eius
 Constitit, ablatis purgato ex aëre muscis
 Succedunt alię grauius; quibus impius heros
 Nec quidquę motus noua mox discrimina sentit.
 Nimirum grauis inradens animalia tabes
 Omnia dat læto, & crudelia funera spargit.
 Hebræisquę cadunt iumenta Aegyptia saluis.
 At quum nec tali commotus clade tyrannus
 Vexare Hebræos pœnis iam pergeret auctis
 Mox dirę clades in cœlum puluere sparso
 Surgunt, & penitus turgentia vulnera mēbris.
 Transierat iamquę illa dies, tum luce sequuta

Admonito

*Cynifes in
 Aegypto.
 Exod. 8.*

*Muscæ in
 Aegypto.*

*Pestis in Aegy
 pto in cuncta
 animalia.
 Exod. 9.*

*Ex puluere
 sparsa vlcera
 in omnibus
 animantibus.
 Exod. 9.*

Admonito tantis nequidquā principe plagis,
Tonitrua & fulgura cum grandine in tota Aegypto Concutitur cœlum tonitru, nubescq; coactæ.
 Terribili splendore micant, ferit omnia fulgor.
Exod. 9 Coniurata omnes vno sub tempore mortes
 Aethere turbato terris elementa minantur:
 Et tonitru inferitur pregrandi pondere grando.
 Non vt guttatim in terras de nubibus exit:
 Sed quocunq; cadit quæ deprimat, atq; ruinā
 Pondere vel solo faciat: coniungitur ergo
 Grandineum flammis feruentibus aëre frigus.
 Postquā hominū stragē mixta cū grādine flāma
 Negligit euaso pharius discrimine princeps:
Bruchus & locusta in Aegypto. Exod. 10. Exin restantem surgit cōsumere fructum
 Bruchus, & excusso confidens crure locusta.
 Sed quoniā durata malis & nescia flecti
 Hanc nihili cladem callosa superbia duxit:
 Insequitur velox grauius quæ vindicet ira.
Tenebrae Aegyptiae. Exod. 10. Cæcas mane nōuo surgens sol sparferat vmbra:
 Et lætus iubaris splendebat fronte sereni,
 Quum mediam sese opponit teterrima nubes
 Nascentemq; diem depulso lumine claudit:
 In molem nox densa coit, perit obrutus aër,
 Palpantesq; manus densas sensere tenebras.
 Et quo

Et quo quemq; loco tenebrosus repperit horror
 Continuit, nullum vidit, nec visus ab vlllo est.
 Squallentes pariter uiuentia milia credas
 Infernas intrasse domos, aut forte reuulso
 Obice terrarum patriam sordentis abyssi
 Migrasse in superos: ac mundum luce fugata
 Sub leges misisse suas: tres perdidit ista
 Nocte dies, digne pendens periuria tellus,
 Quæ phario regi suberat: nec senferat vllas
 Sole fruens solito, plebes Hebræa tenebras

CAPVT IX.

INterea Moses lachrymas, ieiunia, vota
 Cōtinuat, precibusq; frequēs ac puigil instat,
 Maioris natu fultus solamine fratris.
 Vnde & diuinæ meritis solatia vocis
 Instruitur ritus domino sic fante sacratos:
 Cernis quam varia desudans clade reatum
 Aegyptus contrita gemat, formidine tantū
 Ducta necis: mōstrat propius mēs turgida lætū:
 Nec seram insinuant isthec portenta ruinam:
 Vnus adhuc superest vt vindicet omnia luctus
 Postq; nouem decima percellat cæde merentes. Exodi. ii.
 Vos modo perpetuos sacrorum discite ritus
 Mansurosq;

Mansurosque sua cultus in lege tenete.

Initium & ritus sacrificio rii. Exod. 12.

Principio in cunctis orbis quos circinat anni
 Mensibus, iste caput posthęc sit & ordine primus.
 Lunaque bis septem quum fecerit addita noctes
 Vesperaque extremę iam coeperit esse Diei:
 Mansuetum annalis tum sumite temporis agnū.
 Quę dū quisque tribu in propria mactauerit, eius
 Illinat effuso confestim sanguine postes.
 Hoc dabit indicium seruandę cura salutis,
 Quum percussor aget, tacitā sine vulnere cadē.
 Nam quodcunque sacro limen maduisse cruore
 Viderit, hinc illo transibit ad altera saluo
 Limina: nec genti spes vlla accedit Hebręę
 Hanc pręter: nostrę quę prima est forma salutis

C A P V T X.

Sanguis Christi p̄ agni sanguinē prefiguratus.

NAmque euasuros diri Pharaonis, & omnis
 Aegypti imperiū, velut agni sanguis inunctus
 Postibus, immunes crudeli a funere fecit:
 Sic agni illius Christi, qui vellera nescit
 Noxia, qui nullum contraxit corpore nauum
 Inter labentis feruentia funera mundi.
 Sanguis ab inferno miseros Pharaone redemit,
 Aegyptique dedit saluos euadere terram.

Ergo

Ergo agnosce tuum in nobis rex Christe cruorē, *Apostrophe
ad Christū.*
 Atq; tuos educ Aegypti è carcere seruos,
 Et quocumq; loco sanctus maclaberis agnus,
 Inq; cibos sanctum porrexerit hostia corpus
 Christe tuum, non attingat tua dextera vindex.
 Præterea veterem exutos formamq; virumq;
 In vitæ nouitate tuum fac sumere corpus:
 Et sacrum æterni calicis potare cruorem.

CAPVT XI:

FInierat rector legesq; & fœdera phasē
 Desierat mandare suis, quod protinus oēs
 Arripere simul, peragunt conuiuia læti:
 Solemnisq; nouo cultu disponitur esus:
 Transeat ad sacros quæ condita forma nepotes.
 Nox erat: & mediã carpebant cuncta quietem:
 Umbraq; libratas iam iam diuiserat horas:
 Ecce venit tacito per dira silentia motu
 Angelus, exerto missus qui sæuiat ense,
 Nec confusa datur subitè sententia loeti:
 Non hic luce opus est: clarè longeq; videtur
 Quem petit in tenebris præfixi funeris ordo.
 Maiores natu pereunt, soli q; leguntur
 Ad mortem, primos luci quos edidit ortus.

*Angelus ex-
terminator.*

*Primogenita
Aegypti mo-
riuntur.
Exod. 3.*

h Cum

Cum dominis pereunt famuli, natiq̄ potentum
 Permīxta cum plebe cadunt, vīlīsq̄ perinde ac
 Quem tenet aurati morientem purpura fulchri.
 Serica ducuntur nihīli vt pannosa, pariq̄
 Disparibus stratis sternuntur corpora læto.
 Non quenquā mors æqua timet nō excipit vīlos
 In viuis tantum qui discernuntur honores.
 Pauperis ad fletum nulla pietate mouetur
 Dītibus vt parcat; nullo corrumpitur auro
 Angelus, æqualīq̄ exterminat omnia lance.
 Aegrotum sanus longē uī iūnior ante
 Migrat: quūq̄ omnes eadē mors percutit, vnū id
 Et solum superest vita discrimen in illa,
 Viuant vt meritis superata morte, suiq̄
 Præmia suscipiant dudum promissa laboris,
 Qui superum in terra monitis studuere tenendis:
 Contra qui tantum carni indulgere, neglecto
 Spiritu, in æternos rapiantur protinus ignes.

C A P V T XII.

ERgo vbi percussas soboles confusa repente
 Aula videt, currūt flentes ad funera matres,
 Pectora contundunt pugnis, crinesq̄ reuellunt
 Unguibus, & nigras festinant scindere malas.
Nec

Nec paucæ planxere diu, mox occupat omnes
 Luctus quãq; suus, sonat vnus in æthere clamor
 Non vno ex fletu; gemitu conterritus aër.
 Hulla vacãs a morte domus; tum lumine multo
 Tota curatur populosum funus in vrbe.
 Cogunturq; suam prolem mœrere merentes.
 Nec iam funebres peragi cum funere ludos
 Turba dolorq; sinunt, tãtus tremor occupat oës.
 Quinetiam nisi plebeios & honore carentes
 Sacraffent igni, aut fossa tellure locassent
 Nullæ sufficerent capiendis omnibus vrnæ.

CAPVT XIII.

TVm regem circum commoto murmure sistit
 Mœsta cohors, tristesq; trahēs ex ore loq̄las
 Heus (inquit) nostris aduersa potentia rebus
 Hebræi populi, toties cui vindice dextra
 Militat omne malum, totus cui deniq; mundus
 Seruit, & irato succedunt prospera cœlo.
 Vis quædam secreta Dei, maiorq; potestas
 Hęc in scepra furit; gentemq; vlciscitur ipsam.
 Quin etiam nostræ seruant contraria genti
 Victores elementa suos; coniurat in omnes
 Et cœlum & tellus Pharios, coniurat, & aër.

*Questus
 Aegypti.*

h 2 Eniacet

En iacet Aegyptus, nec iam reparabilis vltra.
 Atq; vtinam pœnas & dura pericula viuís
 Ferret adhuc diuina manus, nec funere tanto
 Deceptam subita vacuasset cede canopum;
 Tandem parce solo causasq; expelle ruinae,
 Dum leuior strages, superant dum milia nostrae
 Gentis adhuc; grauiora priusquam funera tristes
 Experti, non possimus quum forte volumus.
 Quin diram eiecto depellimus hospite cladem:
 Nil ne mouet noster natorum funera planctus:
 Quod nisi comuni fortasse mouebere planctu,
 Vel nati mors dira tui, te vindice zelo
 Commoueat; pulsifq; illis fac pauca superstent
 Pignora, quæ tantum abstergant seruata dolorẽ,
 Et detruncatae reparent dispendia gentis.
 His dictis lachrymas populus dedit, ipsa superbi
 Frangitur ad fletum dira inclementia regis.

CAPVT XIII.

SEd dum isthec perturbata tractantur in aula:
 Hebraei vatum studio monitisq; supernis
 Optima quæq; parant ad sacra, epulasq; requirunt,
 Vasaq; solennis quæ poscit plurima cultus,
 Ornamenta etiam vestesq; monilia, gemmas,
 Mutua

Hebraei ab
 ægyptijs mu-
 tuantur su=

Mutua ab Aegypto plebes hebræa requirit
 Confestim reddenda sibi; mox commodat illis,
 Ditat & ignorās trepidam manus æmula plebē,
 Quænam digna tuis pandantur laudibus ora
 Summe pater, qui tam sæuo sic vteris hoste,
 Cōmodet vt preciosa suis quæq; hostibus? Et iã
 Annuīt aduersus, largitur munera nolens,
 Quæ secum dimissa ferant, nec soluere tantum
 Sufficit oppressos; opibus ditantur euntes,
 Thesaurusq; nouos libertas reddita sumit.
 Atq; inter medios inimica in sede furores,
 Prædatur dominum fugiens, fallitq; videntem,
 Præsentem spolians; nec tam discedere pulsos
 Quàm lætos migrasse putes; tolluntur auari
 Sic Pharaonis opes; quem tunc mercede soluta
 Seruitij longum credas taxasse laborem.
 Sic studijs aliquando hominū in contraria versis
 Auctorem redeunt cōmenta pericula in ipsum.
 Tunc frustra innocuo meditados vulnera fratri,
 Inuida plus lædit frustrato vulnere bilis.

*pellecilem
 omnem.
 Exodi. 12.*

*Apostrophe
 ad Deum.*

CAPVT XV.

EGressi interea trepido de rege ministri
 Cōpellunt celerare fugam, cogūtq; volētes,
 h 3 Præcipitant

Exodi. 14.

Præcipitant alacres, & festinantibus instant,
 Pellendasque putant pulsa cum gente ruinas.
 Iam prope centenum cõpleuerat aduena lustrũ
 In regnis Aegypte tuis iudæus apella,
 Quattuor atque decem lustris tãtum inde remotis,
 Ex quo illuc Iacob secum perduxerat omnem
 Bissena cum prole domum, carosque nepotes
 Multa propagatos tandem per milia, donec
 Aegypti inuidiam populus conflauerit auctus.
 Quando induratum plebes iudaica regem
 Effugiens, factis Aegyptum classibus exit.

*Egressus He
 bræorum.*

Primo conspicuus fulgebat in ordine ductor
 Legifer, adiuncto præcedens agmina fratre:
 Post quos belligeræ disponunt arma cohortes
 Ducunt & validas in structo robore turmas.
 Arma ferunt humeris, enses & balthea læuo
 Accingunt lateri, presso tum vertice callis
 Fulget, & albenti certat lux ferrea lunæ.
 Nituntur iaculis alij clypeosque sinistris
 Voluunt, & rapido meditantur bella rotatu.
 Gaudet pars etiam pharetris, volucresque sagittas
 Hostis in occursum mittendis motibus aptat:
 Aut si forte virum fugientia terga sequatur.

Vt

Vt pennata leues transmittant spicula ventos.

CAPVT XVI.

INcedit pauidū postrema per agmina vulgus
 Nō impar numero, queis cœlū pingitur astris,
 Aut queis feruescit pelagus crispantibus vndis,
 Vel quibus exundat coopertum littus arenis;
 Et quot destillant humentia nubila guttis.
 Mirantur Pharij numerū; nec credere possunt
 Quod cernunt oculis; placet eiecisse tot hostes.
 Quanquam non acie Pharao perimetur ab ista,
 Quanlibet innumeris fuerit stipata cateruis.
 Vnus pugnabit cunctis pro milibus auctor.
 Interea lento moderatus tramite gressum
 Hebræus carpebat iter; procedere tantum
 Permissus spacij, quantū vel tarda senectus
 Vel rudibus reptans infantia sustinet annis.
 Ne nimium fragiles inter delasset eundum
 Aetatem sexumq; labor: Sic cuncta supernus
 Dispensat nutus, plebicq; assistit eunti

CAPVT XVII.

ERgo vbi signatis sederunt milia castris,
 Armatusq; pedes vulgus vallauit inermes;
 Vespere tum primo stanti ad simulata columnæ
 h 4 Insistens

Colūna ignea Insistens puro resplenduit æthere flamma:

Exodi. 13. Non veluti noto dirum micat ignis in axe,
 Pro dita quum terris cœli portenta minantur
 Aut morbis tristem bellisq; aut cladibus annū.
 Sed radijs fulgens & lumine candida læto
 Ostendit nitidum castris mirantibus ignem.
 Diffugiunt tenebræ vicinaq; sidera cedunt.
 Obstupuere viri primum, ac perterruit omnes
 Incussitq; metum nouitas: tum luminis vsu
 Paulatim cœleste iubar consuescere cœpit.

CAPVT XVIII.

Maxima nocturnas iã pars exegerat horas,
 Et voluēda dies instabat forte pr opinqua
 Cunctorum ecce oculis per cœlum visa moueri
 Altera iter rapuit populo spectante columna.
 Protinus hanc sancti patres, sensere sequendam,
 Et duce cœlesti gaudentes, protinus omnes
 Abrupere moras castrisq; excedere certant.
 Tunc vt quæq; tribus primum sortita laborem,
 Ordine carpit iter: sequitur tum cætera pubes.

CAPVT XIX.

HAec inter clarū rediens lux pandit olympū
 Flammea mox viso pallescit sole columna,
 In nubēq;

In nubemq̄ redit totus qui fulserat ignis.
 Sed species perstat tensæ super æthera formæ.
 Et matutinas iam sol superauerat vmbas
 Ecce nouum dictu, cœlo seruata sereno.
 Feruenti radio se iussa opponere nubes
 Frigida, c̄ondensum cumulauit in aëre tegmen.
 Nec tamen hanc nubem tetro suffusa colore
 Forma dabat, nec erat nigro sic horrida vultu
 Vt validos terrent quū promunt nubila nymbos,
 Sed qualis solem madidus quū viderit arcus,
 Tanta fuit pulchrę species oblonga columnæ.
 Noctibus ignis erat, lumenq̄ accensa ferebat.
 Quum sol torreret, gelidum dabat humida rorē.
 Has alternantem ducens cum tempore sortem
 Mutauit natura vices; substantia discors
 Muneribus proprijs concordem reddidit vsum.
 Si mansit, mansere viri; si mota, secuti.
 Si multis etiam visa est pendere diebus
 Subdita defixo tardabant agmina vallo.

Columna nu
 bis. Exod. 13.

CAPVT XX.

ISta quaterdenos miracula visa per annos
 Tēpore quo vasta Hębræi in solitudine viuūt,
 Vestibus integris nullaq̄ in parte minutis.

h Tunc

Tunc nulli longo currendi prorsus ab usu

Detritis soleis, prisci seruantur amictus.

Sic longæua fuit sed non damnosa vetustas,

Manna figura eucharistie. Dum sacrum populo victum, candētia manna

Ferrent, & cœli frugem terrena viderent:

stie. Mystica quæ longe prædiceret ante figura

Virgineo ex vtero, purum sine semine Christi

Edendum, nobisc̄ aliquando corpus edendum.

Quas caperet pascendus homo de sede superna

Illabente Deo sanctis altaribus escas.

Virga Mosi Nec portentificę cepit me obliuio virgæ

Quo signo summus percussa rupe sacerdos

Percussa petra Christi figura. Protulit irriguos populis sitientibus haustus:

Insinuans Christum stabilem consistere petram:

Percussus iaculo largas qui præbuit vndas,

Porrexitq̄ suis sacro de vulnere potum.

Hebræi interea læti ducente columna

Gressu per terras ibāt perq̄ æthera vultu.

C A P V T XXI.

ECce iterum pharijs insedit mentibus ira,

Et populū sine more ferox hisvocibus armat

Exit & in tales vicina morte furores.

O nimium stultis imponens mentibus error.

Præstigiæq̄

Præstigiæq; diu nebulosa in fraude peractæ.
Nonne pudet seruam nullo certamine gentem
Sic impune rapi? sic nos patiemur inulti
Deferat vt vacuas discedens accola terras?
Rura vacant, cœptis desistunt oppida muris.
Nec solitum cōsurgit opus, nō cultor in agris
Exercet validos attrito dente ligones.
Quin potius sumptis exercitus irruit armis,
Imbellemq; manum profugosq; reducit alūnos
Quod si feruilis tantum procederet ausus
Vt contra pugnare velint; mox occidat omnis
Confusa cum plebe manus; feruentibus armis
Permixtę pereant confosso pectore matres.
Vberibus iunctos configant spicula natos.
Prolem quisq; suam cernens ante ora cadentem
Oblatis optet iugulis præcedere mortem.
Orbatum nostros faciat libare dolores
Vltima fors populum; sic viuens omnia perdat.
Tum pereant, densa & campi sub strage iacentes
Tristi cōmittant inhumata cadauera cœlo.
Inde vbi sanguineo satiauerit ense furores
Thesauros reuocet fugientes dextera victrix.

Caput

Dominus dissipat cōsilia gentium, reprobatur autē cogitationes populorū, et reprobat cōsilia principū. Psal. 32.

TAlibus excitas acuebant flatibus iras
 Irridente Deo, solus qui despicit omnem
 Conatum rigido meditantem vana tumore,
 Consiliumque ducum cassatis dissipat ausis.
 Ergo bella rogant, feruens rapit arma iuuentus,
 Spumantes ducuntur equi, phalerisque potentes
 Suspendunt alacres splendentia fræna iugales.
 Pugnax pompa nitet: subiectis curribus axes
 Aurato temone trahunt: tum cætera pubes
 Induitur chalybe, aut fuluo circumdatur ære.
 Et loricarum vasto subtegmine gaudet:
 Intexit creber sibi met quas circulus hærens
 Ast alios tenui contexit lamina ferro
 Assuetos alijs crates, compacta metalla
 Horrentesque habitus diuersa fecerat arte
 Ira ferox: nudos etiam quæ ad prælia misit.
 Et tamen ardentum cuncta inter tela virorum
 Terribilis plus forma fuit: quis namque furentes
 Vsq; adeo spectans vultu speculetur amico?
 Inclusæ galeis facies, & ferrea vestis
 Cinxerat iratas armorum luce tenebras.
 Mox prodit collecta manus: rex ipse frementes

Curru

Curru cogit equos: telis tamen vndicq̄ septus
 Delitet, & densam reddunt hastilia syluam.
 Concutitur pulsata rotis, ac pondere tellus
 Pressa gemit: nec iam capiendis sufficit illis,
 Vsq̄ adeò Aegyptum angustat stipata iuuentus:
 Occluditq̄ vias: fugiendi vt nulla superfit
 Hinc equite Hebræos: illinc claudentibus vndis,
 Spesue modus ue vllus, ni iam mortalibus illos
 Præsidijs vacuos cœlestis dextera saluet
 Quæ solet extremam miseris adferre salutem.

CAPVT XXIII.

IVnixerat interea qua ponto magdalus instat *Exodi. 14.*
 Hebræus populus rubicūdo castra profundo.
 Euasos credens securis mentibus hostes.
 Ecce autem vt cepere suas tentoria sedes,
 Dum resident, fixoq̄ parant requiescere pallo:
 Cernunt puluereas in cœlum surgere nubes
 Moxq̄ etiam propius spectantibus alta patefcūt
 Nigrantes vultus adoperta nitentibus armis
 Agmina, crudeles tantum spirantia mortes.
 Nec tamen infensas patitur cōmittere partes
 Sole sub occiduo vicinus prœlia vesper.
 Crastina lux ergo vallati bella tyranni
 Distulit:

Distulit:ardentes qui ne compesceret iras
 In somnem ducit meditans crudelia noctem.
 Auroramq̄ cupit stellis properare remotis.
 Iam super Hebræos consistens forte columna
 Flammea, mirandam reddebat in aëre lucem.
 Ut videt insuetū Pharaos, & mirabile lumen
 Ardet, & excitas iam plus feruescit in iras:
 Paulatimq̄ mori non sustinet:itur ad vnam
 Quæ claudat cunctas pelago sorbente ruinas,

CAPVT XXIIII.

INterea conclusa loco, finemq̄ sequenti
 Expectans pauefacta die, nec tela, nec vllas
 Bellorum versat curas Hebraica plebes:
 Sed defecta animo voces erupit in istas,
Exod. 14. Mosē incessens, ô terq̄ quaterq̄ beati
 Quos morte absumptos calidis Aegyptus arenis
 Condidit, ante patrum morientes ora suorum:
 Digni habiti qui tam duros sentire dolores
 Nec stragē hāc possent, nec pignora captavidere.
 A litibus nos esca dati, nec sede sepulchri
 Ornati vastæ corpus reddemus heremo.
 Talia dicebat permixtis luctibus omne
 Vulgus, & accenso plangebat turba tumultu.

Caput

S Anctus ad has Moses pmissa referre q̄relas, *Exod. 14.*

Solaricq̄ metū, luctusq̄ his tergere dictis.
 Quæsumus ingratos populus depone timores,
 Expertus toties nunquā fidentibus in se
 Defore cœlestes; nec desperanda putetis
 Quæ tantis spondent cœlestia numina signis.
 Infidif ne potest elabi cordibus vnquam
 Aegyptus tot cæsa malis; iam credite dura
 Niliacum regem manet atq̄ extrema ruina.
 Nonne inter medias Aegypti Hebraica clades
 Iumentisq̄ virisq̄ simul Deus agmina saluis
 Seruauit? Sed quid memorem transacta; videtis
 Vt mediatricis curet tutela columnæ,
 Ne quid ab aduersa liceat nos fraude vereri.
 Quin magis erectas spe firma attollite mentes.
 Crastina namq̄ dies præfixa est vltima genti
 Quæ nūc bella crepans sumptis cōfidit in armis.
 Illi illi sua bella crepent, & fulmina: non sic
 Pugnandum vobis; nec telis tela feretis
 Obuia: nec vestro vobis sudore triumphus
 Crastinus adueniet, cœli pugnabitur ira;
 Hanc diuina sibi pugnam iracundia seruat.

Talibus

Talibus intentus Moses deiecta leuabat
Corda virum, & sancta sedabat voce timorem.

CAPVT XXV.

Exodi. 14. **I**Nterea validus feruenti flamine ventus
Vrebat, tota consumens nocte profundum.
Confestim insolitas mirantur flumina flammæ:
Ardet enim afflatus percusso in gurgite fluctus.
Ad matutinum peruenerat horrida tempus
Vix acies, primosq; nitens aurora rubores
Spargebat mundo, tetrís quum protinus omnes
Erumpunt castris: fremit vndiq; mota iuuentus.
At pauidæ plebis postquam peruenit ad aures
Clangentisq; tubæ percussit pectora terror,
Arripiunt carpuntq; viam, qua proxima ponti
Littora sollicitant rubris insignia lymphis.

CAPVT XXVI.

*Mare rubrū
viā facit. He
bræis.
Exodi. 14.* **V**T summas pelagi populus peruenit ad oras
Cessit confestim iussi reuerentia fluctus:
Expanditq; viam, cui terrā clauserat hostis,
Quā noua pendentis cōstruxit machina fluctus,
Frænatas celso suspendens aëre lymphas.
Aggreditur medium fugiēs, vincensq; fugantes
Gens electa Dei pontum, vestigia rubri
In regione

In regione maris figens: & saxa profundi
 Conculcat nudum percurrens orbita limum.
 Aspectum iniiciens scissis sol torridus vndis
 Ignoramq; nouo contingens lumine terram
 Ima laborantes radios ad tar tara ponti
 Vix misit, fessumq; iubar vix extulit imis

CAPVT XXVII.

CRedēs exclusos primum, fluctuq; repulso
 Inq; fugā versos pharius dare terga tyrann^o,
 Præcipitare moras, tali iubet agmina verbo.
 Ecce iterum fugitiua cohors pendentia bella
 Deserit, auxilioq; pedum confisa recedit.
 Vos armis premitte, & clausis insistite turbis:
 Cætera pontus aget. vix hæc perdixerat, illi
 Profiliunt, cursuq; parant attingere littus.
 Vt venere, vident arenis vasta profundi
 Insolitam præbere viā: pansoq; recessu
 Pontum aperire suas illis fugientibus vndas:
 Hos quoq; per siccum tutos descendere callem
 Securos pelagi: nilq; æquora dira timentes.
 Tum nouitate rei percusso accipit horror.
 Substitit & paulum restrictis motibus agmen
 Frænaq; suspensos tenuerunt ducta iugales.

i Capit

NEc dubiū est mirāda aliq̄s portēta stupētes
 Turbato secum sic protinus ore locutos,
 Quis Deus à prisco deturbat cardine mundum
 Lege noua, variatq̄ vices, & condita mutat?
 Nam si seruetur rebus natura creatis,
 Monstriferæ quæ causa viæ? quid deniq̄ restat
 Si mare transitur pedibus, nisi nauibus arua
 Sulcentur, cœlumq̄ suo decurrat ab axe,
 In superos infernus eat, plaga feruida cœli
 Algeat, afflatam succendat scorpius vrsam?
 Hic quia confusus rerum subuertitur ordo,
 Me duce siccatum nemo descendet in æquor?
 Sic suspecta nouum quæ pandit semita callem,
 Frustra bellatur superis nolentibus, ergo
 Nūc, abeant tantūq̄ vagos sua mōstra sequātur,
 Sed quo dementē rapit hæc sentētia mentem?
 Ergo ne sublati plebes Hebraica secum
 Diuitijs abeat? num sic spoliata Canopus
 Impunes vltro permittat abire latrones?
 Quin illos igitur lymphis sectamur apertis?
 Hæc ardens versat cum seditione tumultus;
 Instantisq̄ latens vrget sententia læti,

Caput

Vicerat æquoreã pedibus plebs inclyta vallẽ
 Gurgitis & vacui cõuexavolumia linqũes,
 Et barathri emensi superas ascenderat oras,
 Crudeli effertur nigri dux agminis ira,
 Ignarusq; suã quã iam iam est proxima mortis
 Accelerare suos iubet, atq; intrare profundum.
 Arripiunt pariter referati concaua ponti:
 Inuaduntq; viam. Quid nõ furor audeat amens?
 Hinc equitum pars agmen agit: pars inde citatis
 Ire iubet stimulis rapidas super arua quadrigas.
 At mediũ vt venit frendens equitatus in equor,
 Fulminat absentes, fugientesq; increpat illos.
 Accusatq; moras tam laxi gurgitis ardens
 Ira virum: iam vicini male gnara perfli.
 Tum per sublimem pendentí nube columnam
 De cœlo vox missa tonat, verbiq; superni
 Ad Mosen verbis interpres talibus infit.
 Venit iam tempus, mea quum mãdata probẽtur
 Aegypto iam finis erit, iam clade suprema
 Tot castigatam vicibus diuina Canopum
 Afficiet: cum rege suo sententia: iam iam
 Sentiat Aegyptus sapiens vel morte suprema,

i 2 Quam

Quàm nihil inuitis profit contendere diuis.
 Tu modo diuisum vîrga iam percute fluctum:
 Atq; reducta suos assumant æquora vultus.

CAPVT XXX.

ILle genu flexo siccati marginis oras
 Et vacuum littus iussis accedere lymphis
 Percutit, insigni credens mysteria ligno.
 Hinc subitus crepitare fragor: tonat vndiq; circū
 Lympha ruens, primumq; illic cōmittitur vnda
 Quo monstrabat iter Phario mors vltima regi.
 Postquā clausa via est, fluctusq; rebellat eunti:
 Pœnitet intrati iam gurgitis; & fuga serum
 Molitur reditum: trepidæ dant terga cohortes,
 Armæq; proijciunt: pontus fugientibus instat,
 Occurritq; sequens: perit vndiq; circuniec'tus
 Decurrentis aquæ laxatis murus habenis.
 Ille ferox semper mitis iam morte sub ipsa
 Non hæc humanis agitur victoria bellis,
 Expugnamur, ait, cœloq; euertimur hoste.
 Effuge si liceat, victusq; euade satelles:
 Nec iam tela Deo conatibusingere cassis.
 O si compunctas humana superbia mentes
 Ante obitum mutare, nec expectare suprema
 Fata

*Pharaonis et
 exercitus sub
 mersio.
 Exodi. 14.*

Fata velit, quanto infœlix fœlicior esset?
 Pœnitet ambigue quem sero pœnitet; ergo
 Præsens spacium nobis dum creditur æui,
 Dum patulam cunctis Christi clementia sese
 Præbet, præteritæ plangamus crimina vitæ.
 Pœniteatq; olim negligenter temporis acti,
 Dum licet, & sano ingenioq; animoq; valemus.
 Nam qui peccatum moriens dimittere, & ipsa
 In serum tempus differt admissa fateri,
 Non tam dimittit, quàm dimittatur ab illis.

Nō esse diffe
 rendam peni
 tentiam.

CAPVT XXXI.

ERgo exaltatis pendens sustollitur vndis
 Cōfestim mergēda phalāx Aegyptia: & ipso
 Pondere telorum premitur, fundoq; tenaci
 Succinctum reuehunt morientia corpora ferrū.
 Pars exarmatis quum primum libera membris
 Implicuit nantes morientum amplexibus artus,
 Auxilio decepta perit, pariterq; tenentes
 Alternō sub fasce ruunt, nexiq; necantur.
 Atq; alij lassata diu dum brachia iactant,
 Incurrunt enses: iaculisq; natantibus hærent:
 Concolor & rubro miscetur sanguine pontus.
 Quin & conspicuus princeps Mēphitidis aulæ

i 3 Candentes

Candentes ducens nigro rectore iugales,
 Inspector cladis propriæ, gentisq; superstes,
 Vltimus ingressis per currum naufragat vndis.
 Et vacat hos inter plebes Hebræa tumultus,
 Interea pugnante salo: vincitq; quietus
 Israel solo peragens certamina visu:
 Dum vallis cōpleta perit, fluctuq; reuerso
 Ducitur extantum planati gurgitis æquor:
 Exponitq; suum pelagus super arua triūphum.

CAPVT XXXII.

Exod. 15. **E**Rgo Deo dignas isto certamine laudes
 Atq; repensurus memori tot munera mente
 Inclytus egregium solenni carmine ductor
 Describit toto quod psallitur orbe trophæum,
 Quū purgata sacris deletur culpa fluentis:
 Emittitq; nouam parientis lympha lauacri
 Prolem, post veteres quos edidit Eua reatus.
 De qua sermonem præmissō carmine fecit
 Lucrificos repetit tenui dum pagina lapsus.
Baptismi figura. Quod vero Aegyptus lapsis euaditur vndis
 Euafoq; mari: nostri illa figura lauacri est.
 Quū Pharaο infernus sacris submersus in vndis
 Ingemit è tanto miseris discrimine lapsos,
 Nos

Nos vero Christi solennem in morte triumphū
Baptizati agimus, tanta est baptismatis eius
Gratia, quo veteris peccatum expellitur Adā
In nobis, viuitēq; nouus pereunte vetusto:
Quo mala noxa perit, quo virtus inclyta crescit:
Israel verus sacris quo tingitur vndis.
Hæc præcurrenti signantur dona figura,
Diuinum vero lector venerande triumphum
Hactenus insulsis cantatum versibus, æquifera
Accipe, & Hebræis confide in littore saluis.

FINIS LIBRI QVINTI

i 4

DIVI ALCHIMI AVITI

Viennensis archiepiscopi in libellum de
consolatoria castitatis laude ad Fuscina
m fororem Præfatio.



Post consummationem libellorum quos non sicut uouerat edidit dispositio mea, sed tua sodaliumque pia festinatio affectuosa quidem sed inconsulta præripuit, cogis insuper tibi specialius dari uersus illos, quos ad uenerabilem Fuscina m fororem nostram de consolatoria castitatis laude conscripsi: quos ego post denunciatum poematis finem, epigramma rectius dicerem, tu primum libri nomine uocitasti, hoc scilicet uocabulum prolixitati eius asserens conuenire. Quapropter habe me etiam in hac parte famulantem iudicio imo potius affectui tuo: quoniam profecto iniquum est, ut cui parui in maioribus, in exiguis contradicam. Meminerit autem pietas tua hunc ipsum, quem sic uocas libellum, uel de religione parentum communium uel de uirginibus nostrae familiae familiariter disputantem illis tantummodo legendum dare, quos re uera nobis aut uinculum propinquitatis aut propositum religionis adnectit. Dotes enim ex materiae qualitate meriti que, germanae sanctimoniali compositas uix uel tibi crebra uictus iussione credo: quando aut qualiter uenire in manus extraneorum uelim? Sane a faciendis uersibus pedibusque iungendis pedem sum de cetero relaturus, nisi forte euidentis causae ratio extorserit alicuius epigrammatis necessitatem, cuius tantam exiguitatem fore polliceor ut ei aliud nomen assumere nec ipse praesumas. Decet enim dudum professionem nunc etiam aetatem nostram siquid scriptitandum est, grauiori potius, stilo operam ac tempus insumere, nec in eo immorari quod paucis intelligentibus mensuram syllabarum seruando canat, sed quod legentibus multis mensurata fidei adstructione deseruiat.

Diui

DIVI ALCHIMI AVITI

Viennensis archiepiscopi de cōsolatoria ca-
stitatis laude ad Fuscina sororē Lib. VI.

CAPVT I.



Vscipe cōplectēs Christo dignissima
virgo

Alchimus ista tibi quæ mittit munera
frater:

Inq̄ leui calamo causarum respice pondus.
Nam quoties sanctū cōpleueris ordine cursum
Alternos recinens dulci modulamine psalmos,
Quos viuens in corde chelis virtute canora
Interiore sono & castis concentibus aptat:
Rite fatigatam poteris hoc carmine mentem
Ludicro, & serijs tete oblectare remissis.
Nec tamen hic vana tingetur barbitos vnda,
Pegasus vnde leues preuertens motibus vndas
Fingitur assumpto pendens innasse volatu
Dū ferretur equi grauis vngula prepete penna:
Sed nec Pieriæ ducent hæc cantica Musæ,
Quas ibi diuinas mentitur fama sorores,
Dat germana tibi sed verax musica plectrum,
Nec Christo resonans cantabit fistula phœbo.

i 5 Caput

*Audētia Aui
timater.* **E** Didit vt quartam genitrix Audētia prolem
Teq̄ dedit luci partu fœcunda supremo,
Confestim Christo victuram dedicat vni:
Ac deinceps paribus castum seruare cubile
Constituit votis charo cum pignore mater.
Et quia principium tam sancti fœderis esses,
Te mox consecrat Christo, qui protinus ipsis
Accipit in canis lactentia membra dicatis.

*Bonū est viro
quū portauit
iugum ab
adolescētia
sua. Thren. 3.* **N**ulla deo siquidem est acceptior hostia, quā que
Immaculata sibi primis offertur in annis.
Sic quondā quū prima nouo splenderet ortu
Terra nitens, pulchra sc̄q̄ darēt sua semina fruges
Viuentem ducens ad sancta altaria fœtum
Innocuis sonuisse deo balatibus agnum
Insinuante Deo iustus cognouerat Abel:
Quum capite oblato placuit grex totus ab vno,
Ergo vbi vitalis fouit te lymphæ lauari,
Atq̄ suum peperit cœlestis gratia pignus:
Non tibi gemmato posuere monilia collo,
Nec te contexit sparso quæ fulgurat auro,
Vestis ductilibus concludens fila talentis.
Nec te sidonium biscocti muricis ostrum
Induit,

Induít, aut rutilo perlucens purpura cocco,
 Mollía vel tactu quæ mittunt vellera feres.
 Nec tibi transfossis fixerunt auribus aurum
 Quæ cõpensarent pendentes vulnera baccaë,
 Dum preciosa grauant sed saxea põdera málas.
 Quid multis? tantũ illa tibi tegumenta parantur,
 Frigora quæ pellant, nõ quæ tua mēbra venustēt
 Et quid enim prodest periturum comere vultũ,
 Putria vel varijs onerari corpora gemmis,
 Interior dum sordet homo, ac se crimine foëdat?

CAPVT III.

SEd tibi quum geminũ tetigerũt tēpora lustrũ
 Mox stola syncero velat te candida cultu,
 Virginis os habitumq; decens; quẽ mater amictũ
 Relligiosa suis manibus confecerat. olim
 Non secus exultans sterilis post damna iuuentæ
 Iam foëcunda nouũ quum ferret foëmina foëtum,
 Vestem læta suo paruam texebat alumno:
 Disceret vt Samuel iam tum puer esse sacerdos.
 Sic pia te genitrix sanctis altaribus aptans
 Assueto docuit dignam concrescere templo,
 In thalamũ adscribens ac magni foëdera regis.
 Electã hinc coëpit speciem sibi iungere Christus
 Ornatu

*Anna mater
 Samuelis.
 1. Reg. 2.*

Ornatu vario ditat quam gratia pollens.

CAPVT IIII.

Hinc vbi creuisti paulo maioribus annis:
 Collatumq; tibi primæua ætate videret
 E cœloq; datum genitrix accrescere munus,
 Virtutesq; etiam teneris coalescere in annis:
 Gaudebat, Christū hinc laudās, gratesq; repēdēs.
 Sed tamen à mundi illecebris dum forte timeret,
 Conscia tot fraudes ætati occurrere primæ,
 Tecq; reparturiens & mente & corpore Christo
 Iungere percuperet: queis te protruderet istos
 Artibus in laquæos ac sancta ergastula, multis
 Voluebat curis; metuebatq; anxia, ne quod
 Illa tuo quondam vouisset nomine, iam tunc
 Arbitrij compos ac tali libera voto
 Reddere fortassis nolles: sic pendula mater
 Spemq; metūq; inter, tum demū audentior his te
 Aggreditur lachrymans dictis, ac talia fatur.

CAPVT V.

Delitiae mea gnata meæ, Charissima matri
 Pignora grādæuæ, p ego has te deprecor vlz
 Per quæ suxisti primæuis vbera in annis (nas
 Fac isthinc abeam promisso libera voto.

Olim

Olim ego te genui Christoq; è ventre dicaui.
 Tunc ego quod poteram feci: tu perfice quod iã
 Per te sola potes: votoq; adiungito votum.
 Exue delitias mundi huius & indue Christum.
 Non desunt exempla tibi: nunc respicè quantas
 Virginitibus florens iam nostrum st ãma coronas
 Miserit in cœlum: sancto quas dogmate mater
 Seueriana docens, his te coniungier optat.
 Nec multo senior gaudens Aspidia, quondam
 Sacratum velata caput, tua munia sumpsit
 Bissenos iungens sanctis altaribus annos.
 Quam licet hinc celeri tulerit fors vltima læto
 Nil tamen est subitum semper migrare paratis.
 Aspice nunc culmen quod virginitate renidet,
 Eximiumq; decus, cuius tu iure propinqua
 Fuscina fuscina refers. en filia nostræ
 Clara exempla domus: quarũ licet æthera supra
 Emicat atq; omnes cœlos super inclyta virtus.
 Has generosa tamen si mente imitabere matres
 Gaudebunt vinci dum proficis: ac tibi summam
 Sponte dabũt palmã: nec enim vlli cãdida virtus
 Inuidet, inuidiã quãquã est subiecta malignæ.
 Caput

*Seueriana
 uirgo.
 Aspidia.*

*Fuscina Viẽ
 nensis.*

HAec dicēs teneros sācto exhortamine sēsus
 Impulit, accendens in virginitatis amorem.
 Sic prāgnans fœcunda olim, at fœcundior orba
 2. Machab. 7. Atq; animos superās genitrix Machabæ viriles
 Fœmineam & vincens animo vincente senectā,
 Orbari læto ducebat in omine, si quos
 Ediderat mundo, patrijs pro legibus illos
 Matrī Ma=
 chabæe con=
 stantia. Fœlici iam morte Deo generaret: vt esset
 Mors illis requies, faustæq; exordia vitæ.
 Ergo in tormentis positos, constantior ipso
 Supplicio genitrix corde hortabatur & ore,
 Spernere crudelis nimium fœlicia regis
 Tormina, læticiæ dehinc cōmutandā perenni:
 Augebatq; pios ad fortia facta furores.
 Scilicet æterno dignissima carmine, & illo
 Plus misero partu fœlici funere fœlix.
 Quid vero memorem tenero quæ fortior æuo
 Ante annos animumq; soror responsa dedisti?
 Quāquā aggressa tuas nō est hæc pagina laudes:
 Exitus impleto veniet quum tempore victor,
 Cautius ac melius mihi tū laudabere: quum iam
 Hostibus euictis et Iō clamante triumpho
 Consummata

Consummata tuis reddentur præmia factis.

CAPVT VII.

NVnc' decet attentis vitare pericula nobis
 Tecū & sollicitas partiri ac voluere curas,
 Atq; iuuare tuos hortantia dicta labores;
 Dum pugnat varius per tot discrimina casus:
 Lubrica dum fragili currit sub tramite vita:
 Dum tua calcatus captat vestigia serpens:
 Moliturq; suis iuuenem seducere technis.
 Nemo adeo tutus qui non aliquando timere
 Debeat, ac tali sibi prorsus ab hoste cauere.
 Nulli tuta datur requies in carne caduca.
 Sepe boni peccāt, vicijis perit obruta virtus;
 Partaq; transactæ decedunt præmia laudis.
 Contra aliquando solet subito succensa calore
 Frigida quæ fuerat blandā mens linquere carnē;
 Atq; repentino restringere crimina fræno.
 Sic alternantem cōmutant facta rotatum;
 Impius vt speret veniam, iustusq; timendo
 Proficiens, cumulum magnis virtutibus addat;
 Contra si sanctos piget exercere labores
 Pigraq; consuetas dissoluant ocia curas
 Labitur in præceps damnosæ gloria vitæ.

Si vires

Exercenda Si vires nullas virtus acquirit eundo,
virtus. Amittit rediens paulatim extincta priores.
 Ergo inter dubij tam dira pericula mundi
 Tam varios casus, nitendum est viribus amplis
 Ut satis angustum obseruent vestigia callem,
 Principio angustus fine est amplissimus ipso,
Quam angu Nec querenda alia est qua in coelum semita ducat.
sta porta et Arcta via est modo si verax seruator Iesus,
arcta est via Aeternaeque etiam porta est angusta salutis.
qua ducit ad Et qui diffusam spatio laxante plateam
vitam. Matt. 7. Mundi confectans fallacia gaudia, currit:
 Strictior hunc carcer crudeli sorte ligabit.

CAPVT VIII.

TV modo da veniam qui te exhortatur amori.
 Currentemque monet, quum vix tamen ipse sequatur.
 Quod si etiam tardus properantem currere gressus
 Incitat, utque sequi nequeat, precedere suadet:
 Fraternali haud dubium quin tu donabis amori.
 Nec iam a me instituenda venis, quae iunior ortu
 Religione prior viuendi iura sacraſti:
 Annorumque sequens meritorum sorte praestitit.
 Quod si sacrae conuersio prima sororis
 Fratris exemplum facta est & forma sequendi:
 Grati

Grati animi librum hunc soror ò charissima testē

Aere tibi frater grauiore obnoxius offert.

Exigit alma fides etiamnum vt corde lubenti.

Participata leuet fraternum sarcina pondus.

Ergo isthæc valitura tuis confortibus æqui

Consule: namq; alijs non hæc tibi scribimus vni:

Virgineisq; tuo canimus sub nomine turmis.

Par ergo est sponte ingressum ceruice fideli

Sanctum ferre iugū, nec vincla in coniugis ire,

Mundanas odisse vias: percurrere mundas:

Illinc nolle thoros, hinc Christū quærere spōsum:

Ignorare virum, foetus tamen edere tales

Quos nunquā possit tristis tibi tollere casus:

Sic nunquā orba gemes fœcundæ pignora vitæ:

Nec viduam sponso metues supperesse, perenni

Expers ipsa mali: nec te sententia tanget,

Qua prolis mortisq; parens compellitur Eua

Occisam pariens sobolem viuente reatu

Plangere, quā sequitur quęcunq; obnoxia mater

Quæ subiecta viro & dominū passura cubilis

Seruit, in obsceno tolerans connubia lecto.

Quæ captiua thori, nomen comportat inane

Coniugis: vt vana dicatur imagine consors,

k Sola

*Monasticen
professe offi
cium.*

*Matrimonij
incōmoda.*

Sola subacta iugo non æquam ducere sortem.
 Et quum longa decem complent fastidia menses
 Perfectoq; grauis foetu distenditur aluus:
 Semina quæ patris fuerant, hæc pondera matri
 Infigunt duros vtero turgente dolores.

CAPVT IX.

ET quum luctato soluuntur viscera partu
 Carnis delitias immenso tormine pendit.
 Sed tamen hunc lenit dices fortasse dolorem
 Editus in lucem si viuat filius; atqui
 Contingit plerumq; gemens vt mortua fundat
 Pignora, deformem'ue emittat in aëra massam.
 Ne dicā quod monstra parit sepe horrida mater.
 Illud iam leuius quoties interuenit, ipsa
 Vt pereat tum sola parens, ac pondere fuso
 Emittat cum prole animam: quod forte leuatum
 Nutritumq; diu rapitur si funere pignus
 Vnica quod crebro spes respicit, hic perit omne
 Quod sibi conceptis spondebant gaudia curis;
 Omnibus id vero grauius si forte lauari
 Diuini expertem tenerum mors inuida natum
 Præripiat, dura generatum sorte gehennæ:
 Qui mox vt matris cessarit filius esse
 Perditionis

Perditionis erit: tristes tunc edita nolunt
 Quæ flammis tantū genuerunt pignora matres.
 Quis vero tanti narrare pericula casus,
 Aut vtriusq; queat discrimina coniugis, in quæ
 Perducit tandem dilectæ gloria carnis?

CAPVT X.

AT late longeq; tuam discernere fortem
 Libertas cū lege potest, qua nec teris, vt te
 Impia fallentis non stringant gaudia mundi,
 Tu Mariam sequeris dono cui contigit alto
 Virginis & matris gemina gaudere corona,
 Conciperet quum carne Deum, coeliq; creator
 Intraret clausum referans mysteria ventrem,
 A genitrice satus: sed quam formauerat ante:
 Qui nitidam elegit de qua procederet aluum,
 Solus qui carnis proprium disponderet ortum
 Præsciretq; diem longe, tempusq; videret,
 Quo pariendus erat: quod vbi iāq; adfore nouit,
 Intactam matrē pro spermate sanctus adumbrat
 Spiritus, hac tantum sanctum præbente cruorē:
 Inde caro verbum efficitur: quiq; imperat ipso
 Cum patre in cœlo, materno in corpore seruit.
 Ante æuum de patre, & matre in tēpore natus

*Mariavirgo
 & mater.*

k 2 Seminis

Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.
 Sic virgo fœcunda fuit, quæ pondere casto
 Factorem portare suum, dominumq; perennem
 Edere promeruit, dignoq; agnomine dici
 Virgo dei mater: cuius super omnia primæ
 Laudis, eris si forte voles charissima consors.
 Relligiosa pio si Christum & credula corde
 Concipiens, operum cœlo pia germina gignas:

Quicumq; fecerit voluntate patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater soror & mater est.
Matth. 12.

Siquis enim Christus mea iussa peregerit inquit,
 Atq; voluntatem patris compleuerit almi,
 Is soror, & frater meus est, is deniq; mater.
 Ecce vides sexu vt careat cœlestis imago,
 Interior sortitus homo quam mente retentat.

CAPVT II.

NEc sexū acceptat, quia si scrutabimur alte
 Præbuit exemplū surgens à morte creator,
 Fœmineum maribus sese præponere honorem,
 Quod ne fœmineū posthæc quis spernere sexū
 Audeat, hic paucis visum est ostendere verbis.
 Quum diram lueret nostro pro crimine mortē,
 In crucis excelso pendens sine crimine Christus:
 Atq; animam viuos quæ mox remearet in artus
 Fixus adhuc clavis diuino efflaret ab ore,
 Deserit

Deserit insoliti populus spectacula monstri:
 Signaꝑ ferre nequit, coelũ quæ triste minatur:
 Nam sol obductus, vultumqꝑ auersus ab orbe
 Cesserat iniustas nocturnis luctibus horas:
 Temporaꝑ externis dederat non visa tenebris:
 Et terra abscedens mutato cardine rerum
 Nox erat in superis, lucemqꝑ inferna videbant:
 Intremuit tellus, & nisu mœnia magno
 Concussis summo nutarunt vertice cristis:
 Senferunt motum priscis descendere iussa
 Saxa locis: sonitusqꝑ novos collisa dederunt.
 Hos inter strepitus cunctis fugientibus illæ
 Interea sanctæ matres Christumqꝑ secutæ
 Decernunt quãquã trepidæ, persistere: quũ iam
 Discipulí Christo fugissent ante relicto.
 Vt quæ erga viuum fuerat pia cura, sepulto
 Seruiat, & iustos defuncto soluat honores:
 Ergo fragranti cõponunt illita succo,
 Albaꝑ saluificum quæ seruent lynthæa corpus,
 His amor intensis lugubria dona parabat
 Supremum credens semet persoluere munus
 Quod credebatur seruandum poscere corpus.

*Porteta Christi
 moriente
 uisa.*

*Pius mulierũ
 erga Christiũ
 affectus.*

k 3 Caput

Omnibus his ergo ad funebria iusta paratis
 Vincturę accedūt domini pia mēbra sepulti,
 Hic delectari nostro conamine, seq̃

Quo non indignit lætari munere Christus
 Ostendit, matrum large pia vota reponens.

Pro queis respondens confestim gratia facta est,
 Angelicos cernant humana vt lumina vultus,
 Atq̃ resurgentis primæ dent nuncia Christi:

Math. 28. Quæ primū vt tumuli venere ad limina sancti
 Apparet dextra cœlestis parte minister:

Splendida candebat niueo cui corpore vestis:
 Cui vultum rutilus conspererat vndicę fulgor.
 Matribus vt dignis verbum cœleste sonaret.

Angelus ad mulieres. Occursuq̃ suo attonitas formidine cuncta
 Solueret, aggressus sancto quas taliter ore:
 Quid timidæ trepidatis ait, consistite: ne ue
 Aspectu trepidate meo: vos nulla timendi
 Causa manet, quas cura pię confirmat amoris.

Quæritis agnosco preciosi in sede sepulchri
 Funere solenni tumulatum nuper Iesum:
 Sed meminisse decet quid præsens ore fideli
 Dixerit ante obitum, duplici non amplius vna
 Seruandum se nocte, & iam iam tertius hicce est

Qui complet promissa dies: patet ecce sepulchrū
 Deseruit vacuum victa quod morte resurgens.

CAPVT XIII.

TAliter excelsus iusso sermone minister
 Sparsurus mundo vitalis dona triumphī,
 Has primum gaudere dedit: luctuq; leuauit.
 Hinc læto impauidæ discedunt pectore matres
 Credula conceptæ seruantes corda salutī.
 Quū mediū sese Christus gradientibus offert
 Agnoscīq; iubet, blando & sermone salutans
 Ite (ait) & nostris hæc iam mandata referte
 Discipulis, vt vel tandem me viuere credant.
 Mox ille amplexis defigunt oscula plantis,
 Atq; ad discipulos alacri cum mente recurrunt,
 Doctoresq; docent: & quæ spargenda per orbē
 Primum fœmineis iussi sunt discere verbis
 Discipuli: tanta est muliebris gratia sexus.
 Communis virtus igitur cōmune periculum
 Matribus atq; viris: nulla est distantia cuiq;
 Si mens recta subest, si gratia constet vtrisq;
 Vitaq; si iusto insudat studiosa labori.
 Nam quid dona iuuant hominē, si mente soluta
 Turpia collatum male perdunt ocia munus?

Matth. 23.

k 4 Auxilium

Auxilium conatus amat, Quis namq̄ vacantem
Adiuuat; aut somno virtutem iungat inertis?

CAPVT XIII.

Luce. 19. **C**Oelestis vult œconomus concredita seruis.
Crescere dona suis, q̄ quōdā abscedere terra
Dum parat; & carnē peregrino immittere cœlo:
Mnas bisquinq̄ prout cuiusq̄ industria solers
Exigeret, famulis partiri cœpit: ibi vnus
Quinq̄, duas alius, sed tertius vnam
Reddendas multo cum fœnore quisq̄ recepit.
Hæc ita partitus mox seruis talibus infit.
Thesauros geminate meos, vt fœnore multo
Quum primū fuero patria de sede reuersus,
Auctos inueniam; & meritis sua præmia reddā.
Dixit, & abscedens cœlestia regna petiuit.
Mnas autem quas ille dedit, diuersa parentis
Munera cœlestis sunt hæc, quæ pneumate misso
Christicolis sacro infudit baptismate tinctis;
Naturæq̄ etiam vel corporis, exteræq̄ illa
Quæ bona fortunæ falso appellare solemus:
Qualia diuitiæ, valitudo corporis, ipsum
Robur, & ingenij quàm fœlicissima prompti
Dexteritas, vario quæ nostra industria pacto
Dispensare

Dispensare solet; pars auget; & altera sumptas
Imminuit retinens, quas sola eleemosyna auget.
At quidam quibus exiguum æs, & rara facultas,
Siqua animi siue ingenij virtute valentes
Extiterint, rudibus iuuat exercere docendis:
Non desunt contra, quorū vel maxima pars est.
Qui siue externas, illa instrumenta bonorum,
Siue etiam internas cœlesti à patre receptas
Diuitias, terra effodiunt; nec fœnore sancto
Multiplicant: quos dura manet sententia tandē.
Nam quum terribilis iudex aduenerit ille
Fœnora commissi poscens reddenda talenti:
Tunc soli quorum cumulos industria primos
Auxerit, ij vitæ referent promissa beatæ
Præmia, centuplum cumulati fœnoris vsū.
Qui vero scrobibus fossis incluserit aurum,
Contempsitq; sui cumulare talenta magistri:
Degeneriq; fluens elegit viuere luxu:
Sentiet incensi crudelem iudicis iram
Talibus ad sese dictis sic ore tonantem.
Tanta ne te nostri tenuerunt ocia census
Serue piger? reditusq; mei sic cura neglecta est?
Concessum ad mensam nequijsti ferre t alētum?

k § Illam

Illam ego vel modico cum foenore vt exegissem:
 Ergo quos illi mea munificentia nummos
 Tradidit, ablatos fidis concedite seruis:
 Sic concessa suis vt crescant munera Christus
 Quærit, & vt meritis augetur gratia multis.

C A P V T X V .

ERgo age succinctis ad fortia prælia lumbis
 Armata cū mēte veni, nec foemina quāq̄ es
 Duram formides aciem; victoria dudum

Iudic. 4. Sexus ista tui tibi credo incognita non est.
Debbora vir Et memori nūc mēte tenes vt Debbora quondā
tus. Duceret instructas post fortia classica turmas,
 Et mulier sumpto præcederet agmina signo,
 Mirantes hortata viros: quos ipsa ferocem
 Exemplo verboq̄ monens accendit in hostem:
 Quas postquā ducēs princeps animosa cateruas
 Impulit, accendens vegetata furoribus arma,
 Barbaricæ cecidere manus; dissoluitur omnis
 Hostilis virtus. tum qua se foemina monstrat,
 Palantes dant terga viri; latebramq̄ petentes
 Si viuunt vicisse putant: tum maximus ille
 Forma gigantææ quem fecerat horrida molis
 Conspicuum; immensamq̄ humani verticis arcē
 Sifara

Sifara rex gestans, telorum fasce neglecto *Sifara.*
 Incomitatus abit, metuens sublime notari,
 Corpus & excelsa fugitiuum prodere massa.
 Qui postquam latuisse putans, tectoq; receptus
 Mollia perpetuo dimisit lumina somno:
 Mox aiosa Iahel peragit quod Debbora victrix *Iahel. Iud. 4.*
 Coeperat: inc; solo strati terraq; iacentis
 Tempora transfixo penetrans immania clauo.
 Foemineus duplex sic vno ex hoste triumphus.

CAPVT XVI.

AT tu virgo Dei sanctis qua moribus ornāt
 Hinc pudor inde fides, i'ternis fortior armis *Arma Chri-*
 Bella geris: iustis triplex qua comouet hostis. *stiani hois.*
 Spes tibi fida micat: foelix in vertice cassis, *Galea.*
 Continet & lumbos preciosi zona pudoris: *Zona.*
 Iustitiae lorica tuos constringit amictus *Lorica.*
 Pro gladio vibrat bis acutum dextera verbum. *Gladius.*
 Haec virtutis opes, haec sunt solatia belli,
 Quaeis dubium aduersus mentis cum corpore bellum
 Ipsa suos armat clamantis buccina Pauli, *Ephc. 6.*
 Quae prudenti olim cecinit Prudentius ore
 Praeterea tibi bellatrix & robore plena
 Virginitas armata viget: quam foeda libido
 Appetit, & casto vocat in certamina nisu.

Sed bellatricem te sentiat æmulus anguis:
 Ut quum pugnatam dederint tibi prælia palmã,
 Læta feras summũ calcato ex hoste trophæum.

CAPVT VI.

PRæterea vero quæis victo ex hoste rebelles
 Atque resultantes victrici in corpore motus
 Artibus allidas Christoq; in cote retundas;
 Diuino eloquio scripturaq; indice nosti.
 Nam quidquid sacræ diuina volumina legis
 Aut sensu aut verbo monstrât, quod prædicat ille
 Antiquus mundi repetens exordia vates,
 Siue ille historias texit, seu forte figuras,
 Quisue etiam ille Naue Mosi successor Iesus
 Succiduoq; simul quod quisq; in tempore Iudex
 Gesserit, vt digitos soror isthac omnia dudum
 Docta tenes; quid em̄ nũc Ruth moabitida dicã?
 Præterea reprobo qui successere fauli
 Quicq; gubernarint iudam atq; israela reges,
 Quicq; instaurator templi promptissimus Esdras
 Egerit, aut melius cæcato in corpore cernens
 Thobias, quid pro populo confecerit Hester,
 Fœmineaq; animos Iudith in mente viriles,
 Et quæ tam misere afflicti patientia Iobi;

Porro

Porro etiam vnde animi possis desumere mores

Ter quinquagenos perscriptos ordine psalmos. *Psalmi.*

Et quidquid docti Salomonis dextera scripsit, *Libri salomonis.*

Quodq; bis octoni post se videre prophetæ, *Propheta. 16.*

Et Machabæorum fortissima prælia fratrum, *Machab. 2.*

Vis vno breuius complectar vt omnia verbo:

Tota instrumenti veteris tibi pagina nota est.

Dehinc quicquid prisca succedens gratia legi

Intonat, atq; noui miracula testamenti:

Quæ canit hinc hominis facies, vox inde leonis, *Euāgelia. 4.*

Et pernix aquila, & fortis certamine taurus,

Quidquid apostolicis Lucas descripsit in actis, *Acta ap̄torū.*

Bisseptena p̄ quod spargit epistola Pauli, *Pauli epi. 14.*

Quid Petrus docet & Iudas, Iacobus & ille: *Eplæ ap̄lica.*

Et quæ diuini quondam secreta parentis *Apocalypsis*

Vidit Ioannes nobiscq; incognita scripsit.

Et quæ veridici nec in hoc tamen ordine, patres

Exposuere suis mysteria digna libellis:

Hæc tu cuncta tenens animo sitiente bibisti.

Nec siquid sacrum nostri cecinere poëta

Te latet, agnosciscq; legens, & cognita seruas,

Atq; aliena tuo commendas carmina cantu.

Cætera quid replicem: tu sensibus vttere doctis,

Et quæ

Et quæ nota tibi vel quæ percurſa legendo
 Ad virtutis opus ſtudio conuerte virili.
 Nam niſi doctrinæ iungatur vita fideli
 Maiores faciet coniuncta ſcientia pœnas.

CAPVT XVII.

Marci.ii. **E**Surijt quondam Chriſtus, quum forte vianti
 Conſpicitur diſfuſa leui ficulnea fronde.
 Nec iam maturum præbens ex arboræ fructum.
 Præteriens obiter Chriſtus mox vt videt illam
 Indutam tantum folijs ſed germine nudam,
 Prorſus in hacce virens ornatus inutilis horret.
 Tum ſubito quatitur radix afflata calore:
 Aruit & poſito ramorum tegmine truncus.
 Nec vero immeritam temere ficulnea pœnam
 A Chriſto maledicta luit; nos inde docemur
 Ne vanum præ ſe tumefacta ſcientia nomen
 Noſtra ferat, ſed iuncta ſibi dilectio ſubſit.
 Nam ſi Chriſticolas noſmet ſanctosq; putamus
 Aggrauat hoc etiam nomen ni facta ſequantur.
 Sic & virginitas ſacro deuota pudori,
 Indiget adiunctis virtutibus: & niſi mentem
 Intactam ſeruans caſto cum corpore iungat,
 Succumbit vitijs, nec caſtam dicere carnem

Iure

Iure potest: animus quam si corrumpat adulter,
 Ira, furor, mœror, liuor, discordia, luxus,
 Lingua duplex, cōstricta manus, laxata volūtas,
 Mœchantur cū corde hominis: tū semine mortis
 Fœtus mortis alunt, en quo perducitur omnis
 Nomine virgineo quæ se dum iactitat intus,
 Criminibus grauidam nescit turgescere mētem.

CAPVT XIX.

ECce tibi è multis vnum quo cætera noscas
 Exēplū. Dominus plebē quū forte doceret,
 Peruigili cura supremo attendere finī,
 Cœlorum regnum quę Christi ecclesia sancta est *Matthæi. 25.*
 Virginitibus sacro signatis Chrismate confert.
 Quarum quinç; ex his sapientia diues adornat,
 Quinç; alias stolido declarat inertia sensu:
 Quas dum sub noctem requies cōplectitur vna
 Atq; obitum signans captiuat lumina somnus,
 Ecce autem medio taciturnæ in tempore noctis
 Perstrepuit subitus, rupitq; silentia clamor:
 Tandem sponsus adest, de corpore torpor inertī
 Abscedat, sapidæ raptim properate puellæ:
 Vnāq; quæq; suo procedat & obuia sponso.
 Protinus exiliunt omnes, stratiscq; relictis,
 Aptauere

Aptauerè suas quæsito lumine flammâs.
Sed tunc quincq; quibus maior solertia menti,
Lampades accipiūt, oleū quibus addere sumptis
Sollicitudo fuit vasis, pinguiq; liquore,
Ignibus armatis squalentē rumpere noctem.
At quæ neglectum liquit pars altera succum;
Incensos lychnos nequidquā sustulit: vnde
Emicat exiguus commoti luminis ignis,
Sed virtute carens languentē lampada feruor
Deserit, & siccam percurrit flamma papyrum.
Mox inter piceos nebulosa volumina fumos
Canescunt pigra crescentis mole fauillæ.
Ergo vt se indignas tali videre paratu
Quæ sponso occurrât iam cōminus aduenienti;
His prece submissa prudentes vocibus orant.
Iam nostræ inspicitis moribundo vt lâpades igne
Deficiunt, nisi vestra oleum dilectio nobis
Mutuet, extincto vitam quod præbeat igni;
Quod nisi torpentes adiutrix dextera flammâs
Suscitet, æternū sponso excludente perimus.
Ergo agedum miseris oleum cōcedite nobis:
Finierant paucis, longas inhibente loquellas
Aduentu sponsi, ad quarum quæsitâ rogatæ
Respondent

Respondent sapidæ tali sermone sorores.
Est miseranda quidem vestrorum caussa malorū,
Sed tamen hoc oleū nō plus quàm sufficit affert
Vnusquisq; sibi constat, quia copia vasis
Et perfecta suum seruat mensura liquorem.
Nec fas quæsitum partiri aut perdere succum:
Ne dispersa cauis desint fomenta lucernis,
Quumq; lucrū vobis dispendia nostra pararint
Tota simul pereant extinctis lumina flammis.
Talibus abiectæ dictis, tristiq; repulsa
Perlustrant quocuncq; loci commercia feruent
Vænalesq; manus: sed dum disceditur, ecce
Introijt sponsus thalamum, induxitq; paratas.
Dimittensq; vagas exclusit clausa sorores
Ianua, nec tandem redeunt excipit intro.
Virginei ecce vides quàm vanū nomē honoris
Nī fertur sanctus thalamis cœlestibus ignis.
Fœlix illa manus largis quæ prouida donis
Accensum pura fouit pinguedine lumen:
Tantum namq; olei vasis infunditur amplis
Quantum quis miserans misero porrexīt egeno.
Hinc dominus cunctos ardentes ferre lucernas
Admonet: hoc opus est hæc claræ gloria vitæ.

I Suppetat

SVppetat ergo tibi pietas, patientia, virtus:
 Nec verò est quod iã timeas, quicũq; pudicã
 Fortunæ casus, discrimina uel altera voluant:
 Vna tibi modo constiterit mens conscia recti,
 Neglige quid de te rumor diuulget inanis.
 Nec lædi iam fama potest, innoxia cuius
 Vita, vel inuitis tandem patet hostibus: vt se
 Opponat mundus, mendaciaq; omnia fingat.
 Nec deest ipse suis tandem expectatus amicis,
 Qui verum prodat verax Deus, atq; fidelis:
 Cuius habe monimenta rei paucissima paucis.

Eugenia. Eugeniã dudũ toto celeberrima mundo
 Fama fuit, Christi quæ quũ pro nomine vitam
 Fuderit, ante tamen fortes processit in actus.
 Namq; habitum mentita viri, non proinde virile
 Pectus, præficitur sanctis à fratribus abbas.
 Tum patris officiũ complens, ac veste virili
 Fœmineũ occultans sexum, muliebria spreuit:
 Et meritis annisq; graues, longaq; verendos
 Relligione senes, iuuenili rexit in æuo.
 Tunc recti impatiens, omni qui tempore serpens
 Mille dolos, damnicq; artes ter mille volutat,
 Inuidet

Inuidet Eugeniæ, & sanctū crebrescere frendēs
 Nomen, ad assuetas redit vndicq̃ callidus artes,
 Eugeniā quærens vulgo traducere, verum
 Quo famā violare cupit, dedit inde coronam.
 Quæ sexum mentita pie, quum munia patris
 Sancte exerceret, morbisq̃ leuaret ademptis
 Quotquot subsidium sancta pietate rogarent:
 Contigit à morbo vt precibus reualesceret eius
 Iamdudū confecta grauis matrona, boniq̃
 Nominis, infano quæ mox accenditur igne
 Virginis heu, specie infœlix decepta virili.
 Quumq̃ pudicitiam sanctam donisq̃ dolisq̃
 Non semel inuasam frustra captare, nihilq̃
 Profore se nosset: (Quid nō amor impius ausit?)
 Addere vim verbis statuit: longeq̃ remotis
 Arbitris, morbū simulans, morbiq̃ leuandi
 Eugeniā causa appellans: vi nititur illam
 Opprimere, inq̃ suos inuitam adducere nexus.
 Illa autem valido stuprum clamore repellens
 Auxiliūq̃ petens magna virtute resistit.
 Ergo luxurięq̃ suæ matrona patrandæ
 Cōplendiq̃ expes mulier male perdita voti,
 A patre Eugenio (qualem decepta putabat

*Constans Eu
 genie pudici-
 tia.*

Ob mutatum habitū longa assuetudine plebes)
Interpellatam stupri sese impia fingit:
Inq̄ forum vocat innocuam: quo protinus omnis
Turba senum turbata coit, quo deniq̄ cuncti
Attoniti nouitate rei matresq̄ viriq̄.
Currunt: interea eugenius (sic nescia sanctam
Matrem turba vocat) populo spectante tribunal
Causam dicturus tam diri criminis intrat.
Et iam iamq̄ reum secreti ignara tenebat
Publica vis, odio tantum inflammata sinistro:
Conscia quum sexus proprii, cordisq̄ pudici
Vincitur vt vincat iam virgo innoxia fraudem.
Et sexum ostendit dudum mentita virilem,
Fœmineū: ac fraudes populo applaudēte retexit
Dæmonis. vsq̄ adeo casti custodia voti
Semper tuta manet multis licet acta procellis
Quālibet impugnet miseri fraus callida mundi
Intendatq̄ dolis laqueos, mendaciaq̄ addat.
Nec fert immeritā mors culpæ ignara ruina:
Quosq̄ tremens hostis fallaci ventilat astu,
Purgandos sancto patientia discutit igni.
Nec desperandum est si quando aduersa vidētur
Numina: quæ norunt optatam adferre salutem
Et sperata

Et sperata suis in tempore gaudia seruis.

CAPVT XXI.

Vendiderat puerū Ioseph man⁹ emula frum

Quē quū oli seruū tellus mēphitis haberet *Ioseph stu-*

Pellicis insultus dominæ (quæ tota furebat *pri accusa-*

Et tota interiūs iuuenis feruebat amore) *tus à dñā.*

Sustinuit: quod se inuitam cognoscere, vicq̃ *Gen. 39.*

Opprimere ausus erat quāquā cōtraria passus

Sustulit vnde insons ergastula, vincla, cathenas,

Dum spaciū replicās geminos sol duceret annos.

Et iam oblitus erat lucis, iam crine fluenti

Longus ad vsq̃ pedes pēdebat ab aure capillus:

Quū vegetante Deo nullis mens clausa tenebris

Eruit è tenebris archani abscondita sensus.

Atq̃ Canopæi patefecit somnia regis.

Vnde & tanta illi successit gratia coram

Principe: vt imperij consors & totius esset *Gen. 41.*

Aegypti secum dominus: quin protinus illi

Captiuo Ppharaon diadema in vertice ponit.

Sic regno exidium commutat, principe seruum.

Opprobriū euitans ac præmia magna reportans.

1 3 Caput

Danielis . 13.
Susannæ vir
tus.
Ioachim.

SUfannā posthunc dignis quis laudibus vnq̄
 Excolat, infirmis quondā quæ vicit in annis
 Improba vota senum,coniuratosq̄ furores?
 Optimus Hebræos & præstantissimus inter
 Illi vir Ioachimus erat,quem siquid habebat
 Iudicij ac litis populus referebat ad vnum.
 Mos est Hebrææ genti vnumquemq̄ per annū
 Eligere ex omni senio & virtute probatos
 Gente duos:qui dent populo responsa petenti
 Iusq̄ ferāt.verum quodam(vt fors cōtigat) anno
 Lecti è plebe duo,non tam virtute valentes
 Quantum obdurati senio, atq̄ libidine fortes:
 Exarsere semel Susannæ ardore:nec illos
 Coniugis auctoritas,matronæ aut fama pudicæ,
 Non prope natiuis defecta caloribus ætas
 Continuit,quin luxuriæ *παράδειγμα* senilis
 Et iuuenescens defecto in corpore flāmas
 Proderet et mores probitas simulata malignos.
 Forte per vrentes iam grandī æstate calores
 Dum mediū amplexus cœli sol torridus axē,
 Aequa sorte diem atq̄ in partes diuidit æquas,
 Casta subingredier pomarij claustra,virentis
 Captatura

Captatura leues auras Susanna solebat:
 Hunc vero illius morem speculata senilis
 Luxuries opportunam captabat & horam
 Et tempus: (quanquam alterius nesciret amores
 Alter, & improbitas velut est suspecta, timeret
 Alter ab alterutro) quum explere libidine sese
 Posset, & alterius fructu gaudere mariti,
 Dumq; explorantes conceptæ accõmoda fraudi
 Tempora, sepe locum effrænes coguntur in vnũ,
 Et nimium tardos secum indignantur amores,
 Mutua senserunt perculsi incendia cordis:
 Consimilemq; sui caussam agnouere doloris.
 Conueniunt ergo, atq; nemus (quo sepe solebat
 Aduersum æstiuos Susanna intrare calores)
 Ingressi, densam latitant ponè arboris vmbra.
 Ecce autem viridis per mollia gramina luci
 Susanna ingreditur famulis comitata duabus
 quas smigma atq; oleũ iubet ad se afferre, forasq;
 Destinat imprudens casusq; ignara futuri.
 Illi autem vt solam egressis videre puellis
 Illicet effrontes incautam fraude puellam
 Appetiere simul; verbisq; hanc talibus ambo
 Aggressi, en aiunt, soli sumus, en age nostris

14 Vndiq;

Vndiq̄ dum clausum nemus est, accedito votis.
Larga tibi dabimus violati præmia lecti.
Contra si nostros temeraria spernis amores;
Fingetur tecum a nobis inuentus adulter:
Quicum tu emissis habitaueris inde puellis.
Talibus aggressi iuuenem gens improba verbis,
Insuper intentant & verbera, protinus in se
Deliciasq̄ suas ni statim assentiat: hic tum
Anceps illa diu secum luctatur, & herens
Fluctuat incertæ quo vergat pondere mentis.
Lex peccare vetat; rursusq̄ infamia terret.
Hinc iterum duros precibus mollire furores
Tætat, & obscenas lachrymis extingueret flâmas.
Sed postquã nullis precibus monitis ue repulso
Obstrictosq̄ senes vincit cognata libido:
Fœmina præclaro mentem succensa pudore
Decreuit iam casta mori; ne crimine tanto
Fœdarent miseram carnis commercia vitam.
Teste Deo gaudet, famamq̄ recusat inanem
Iudicio contenta suo; tum protinus omni
Auxilio deserta hominum matrona, suæq̄
Conscia virtutis superis commendat inermem
Mœsta pudicitiam, quo suis passura labores
Ante

Ante ferat quā luxuriæ assentire senili.
 Ergo pudicitiaē custos, spes vna suorum
 Summa Deus, solusq; animi scrutator operti.
 Rem cupiens aperire loco, facinusq; reclusum
 Pandere, & obtectas laqueis producere fraudes,
 De cælo auxiliū (quod vis humana nequibat)
 Misit, & occultas seniorum in tempore fraudes
 (Nil minus aduersum sese sperantibus illis)
 Prodīdit, illorum puero prodente furores.
 Forte semiramia puer hoc ætatis in vrbe
 Vnus erat, plebes Danielem hebræa vocabat,
 Cui tanta Assyrio quæsitā est gratia coram
 Principe, vt imperij primores inter haberet
 Balthazarem (namq; hoc illi Chaldaica nomen
 Gens dederat) cui coniunctos treis nouimus illos
 Insignes pueros Sidrach, Misach Adenagoq;. *Tres pueri in
 fornacē ignis
 missi.*
 Quos statuat Assyrij negligentis principis illam
 Instar adorantium venerariæ Assyriorum,
 Protinus ardenti nudos fornace receptos
 Ambibat saluos vstis tortoribus ignis,
 In medijs domino resonantes cantica flammis,
 Quos meritis æquans Danielis candida virtus
 Horrida frendentum compescuit leonum.

Daniel.

Daniel. 3.

15 Nam

Daniel. 14. Nam quū in se Assyrios & belis imagine fracta
Atq; sacerdotum detecta fraude suorum
Dignus ob id mercede puer mouisset, in antrum

Daniel in la Quo septem ingenteis solitum nutrire leones
cū leonū mit- Ora famescantum fatiet qui dira ferarum
titur.

Mittitur: vtq; illi feritas minus horrida parcat:
Subtrahitur diris consueta leonibus esca.

At vero qui nunquā nō in tempore seruis
Nouit adesse suis, puero adfuit: inc̄q; leones

Virtutem dedit, vt posita feritate, suæq;
Iam famis obliti, fartum tectumq; fouerent,

Immunemq; suis à rictibus: & tamen illud

Quis non addiderit toti admirabile mundo?

Habacuc. Quòd tum in Iudæa degens regione propheta

Daniel. 14. Angelica mediū sublatus in aëra dextra,
Vertice de summo pendens, summoq; capillo,
Subiectasq; terens immotis gressibus auras,
Intulit aptatas puero nil tale putanti

In Babylona dapes: gratijs tum protinus actis
Exceptit Daniel transmissas desuper escas:

Et quāquā è longis veherentur fercula terris

Seruauere suos peregrina in sede sapes.

Septima iamq; dies clauso Daniele redibat

Quum

Quum rex Assyrius Daniele[m] vt plaxet amicū
 Illuc inuidia populicq[ue] timore repostum
 Dirorum tristis festinat ad antra leonum.
 Vt vero illesum vitæq[ue] per omnia plenū
 Sequitiacq[ue] feras posita mansuescere vidit,
 Magnū illum dñm atq[ue] Deū Danielis adorans
 Abstulit & vinctum, multis & honoribus auxit.
 Iste ergo impubis Susannam forte videbat
 Ad tormenta rapi, veri quam nescius ante
 Vulgus inauditam damnauerat: & simul omnes
 Infantis fontem certabant cernere mortem:
 Quum subito in mediū iuuenis se proripit agmē
 Accensum tenera castigans voce tumultum,
 Immeritam ecquid (ait) plebes insana puellam
 In mortem rapitis? seniores quin magis illos?
 Ecquid ad iniustum certatis currere lætum?
 Protinus ad verbum pueri cōmota repressit
 Turba sequax animos: atq[ue] huius criminis illi
 Iudiciū defert. tum læta precarier omnes
 Susannæ, & finem attentos spectare videres.
 Ille autem ascendens populo impellēte tribunal
 Confestim abiunctos seniores quemq[ue] seorsim
 Quæ sit adulterij series interrogat: & qua
 Testibus

*Daniel pro
Susanna.*

*Danielis iudicium.
Daniel. 13.*

Testibus hijs mulier deprēsa sub arbore peccās.
 At dum responsis variant discordibus ambo:
 Coniunctum facinus disiuncta voce fatentur.
 Tunc omnes pariter timor accipit, vndicq̃ clamor
 Surgit, & auctores sceleris plebs obruit omnis:
 Inq̃ Dei varias iuncto modulamine laudes
 Fertur, & accito Susanna erepta marito
 Redditur, hic omnes cōmuni voce parentes
 Collaudare Deum digniscq̃ extollere psalmis
 Qui dare suppetias (modo ne fiducia desit)
 Nouerit, auxiliūmq̃ suis in tempore seruis.

CAPVT . XXIII.

ERgo si nubens terrena lege puella
 Est etiam curæ domino: connubia si quæ
 Integra seruauit, seruari illæsa meretur:
 Conijce virgineis quantum disponitur illic
 Quò Xps vocat hinc meritis: & quāta futura est
 Illius à prima quæ mox ætate pudica est
 Gloria: quum cuncti iudex atq̃ arbiter orbis
 Lasciuos castis hœdos secernet ab agnis,
 Et sua pro merito dabit vnicuiq̃ labore
 Præmia, demeritis tormenta æterna reseruans:
 Quū vel in extremis quid quisq̃ cubilibus olim
 Egerit,

Egerit, id nulla demum cælabitur arte.
 Et vero hoc etiam memori tibi mente tenendum
 Chara foror, quod iam potiori in parte locata es
 Quā (mō tu vigiles) vnquā nemo auferet abs te.
 Olim id dū Mariā aduersus pia murmura fundit
 Martha foror Christo didicit correpta magistro
 Optimum enim maria elegit nec segniter, inquit,
 Illa vacat, verbo curis attenda neglectis.

CAPVT XXIIII.

ERgo age iam germana suis dum secula curis
 Flagrāt, inq̄ suos mundus cōuoluitur æstu
 Electam seruare tibi non desine partem:
 Te primam meruit cognatio tota patronam:
 Iam te signiferam sequimur, vexillaq̄ Christi
 Te præeunte libens sectatur stemma parentum:
 Quos licet antiquo mundus donarit honore,
 Et titulis à primæuo insigniuerit ortu,
 Plus tamen ornantur sacris insignibus illi,
 Quòd sãctas studio & meritis rexere cathedras.
 Nec iã atavos foror alma tibi proauosq̄ retexã,
 Vita sacerdotum quos reddidit inclyta claros:
 Pontificem sacris ad sumptum respice patrem,
 Quumq̄ tibi genitor vel auñculus vndiq̄ magni *Isychnis pa-*
 Quumq̄ *ter Auiti.*

Virtute & meritis præeant, sectarier aude
 Aut præire magis; precibus nec desine Christū
 Flectere, quò sumptos patrū ad cōsortia fratres
 Digne suscepto fungí pro munere donet.
 Pro quibus assíduas illi persolvere grates
 Fundere, vel fletus non tædeat; vt tibi nullus
 Fratrum de numero desit, quū præmia sumes
 Factis digna tuis, materq; effecta parentū
 Virgineæ victrix sociabere læta cateruæ.

FINIS CARMINVM DI-
 ui Alchimi Auiti Viennensis
 Archiepiscopi.

HOMILIA BEATI ALCHIMI
 mi Auiti, Viennensis Archiepiscopi, de
 prima festi Rogationum institu-
 tione, habita ad populum
 Viennensem.



CVRIT quidem tranſite uitali non per Gallias modo ſed pene per orbē totū Rogationis obſeruatiæ flumen irriguum, & infectam uitijſ terrā uberi fluxu annuæ ſatiſſactionis expurgat. Peculiarior tamen nobis in hac ipſa inſtitutione feſtiuitatis & gaudiij cauſſa eſt: quia quod huic modo ad utilitatem cunctorum deſluit, ex noſtro primitus fonte manauit. & forte nunc pertineat ad cuiuſcunq; priuilegij ornatum, ſumptæ primitus inſtitutionis exordium. Cæterum quum ad huiuſmodi utilitatem ineffabilis neceſſitas rigida Viennensium corda perdomuit, ſentiens eccleſia noſtra cauſſam egritudinis ſuæ, non ſibi quaſi maxime præ omnibus, ſed quaſi ſoli ex omnibus exiſtimans eſſe opus inſtituenda obſeruatiōe præſenti, ſollicitius captauit remediū quā primatū. Et quidē terrorū temporis illius cauſſas multos noſtrum adhuc recolere ſcio: ſiquidem incendia crebra, terremotus aſidui, nocturni ſonitus, cuidam totius urbis funeri prodigioſum quoddam munitabātur. Nam populofiſ hominum conuentibus domeſtica ſylueſtrium ferarum ſpecies obueraſabatur: Deus uiderit an ludificans oculis, an adducta portētis. Quidquid tamen ex ijs duobus foret perinde monſtroſum intelligebatur: ſeu ſic ueraciter immania beſtiarū corda manſue fieri, ſeu tam horribiliter conſpectibus territorum falſe uifionis phantaſmata poſſe conſingi.

Inter hæc, diuerſa uulgi ſententia, diſpariumq; ordinum uariæ opinionones: alij quod ſentiebant, diſſimulādo quæ ſletui nolebāt dare,
 caſui

casui dabant. Alij spiritu salubriore abominabilia noua queq; congruis malorum proprietatis significationibus interpretabantur. Quis enim in crebris ignibus ignes sodomiticos nō timeret? Quis tremantibus elementis aut decidua culminum, aut disrupta terrarū imminere non crederet? Quis uidens certe uidere se putans, pavidos naturaliter ceruos per angusta portarum usq; ad fori lata penetrātes, non imminentē solitudinis sententiā formidaret? Quid multis stracta sunt hęc inter timores publicos & rumores priuatos usq; ad imminentē uigiliarum solennium noctē, qua celebrari festum dominicę resurrectionis annua consuetudo poscebat. siquidē hanc omnes laborum opem, malorum finem, metuentium securitatem, cōmunibus animis operiebātur. Affuit igitur nox illa uenerabilis quę ad spē publicę absolutionis uotiuū soelne patefecerat. Sed mox illic multo uehemētior strepitus ic̄tu flagelli grauius ferientis in tonuit: utpote quē iā emensis gradibus superlatiuum nihil sequi aliud quā gladius intelligeretur. Aedes namq; publica quam præcelso ciuitatis Viennensiu uertici sublimitas in immensum fastigiata prætulerat, flammis terribilibus conflagrare crepusculo cœpit. Interpellatur itaq; nuncio discriminis iucunditas solennitatis: pleno timoribus populo ecclesia uacuatur. Omnes nāq; similem facultatibus uel domibus proprijs casum de quadam præminentis incendij arce metuebant. Perstitit tamē corā festiuis altaribus inuictus antistes sanctus Mamertus & calorē fidei suę accendens flumine lachrymarum permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit. Igitur desperatione deposita reditur ad ecclesiam: & restincta flammillarū luce clarescit luminum pulchritudo. Nec sane ulterius trahitur arripiendo cōpunctonis medicamine mora prædecessor namq; meus & spiritualis mihi à baptismo pater sanctus Mamertus sacerdos, cui ante paucos annos pater carnis meę accepto sicut Deo uisum est sacerdotio in tempore successit, totas in ea quā supra diximus uigiliarum nocte sancto paschę concepit animo rogationes: atq; ibi cum Deo tacitus definiuit

quidquid

quidquid hodie psalmis ac precibus mūdus inclamat. Reuoluta ergo solēnitate paschali nō iā quid sed quādo aut quo modo fieri debeat secreta prius collatione tractatur. Putabatur à quibusdā Viennensis senatus, cuius tunc numerosis illustribus curia florebat, inuētis nō posse addici quū uix adquiesceret legitimis inclinari. Sed pius ac sollicitus pastor sapientiæ salibus largus, mansue faciendarum ouium prius orando animū quā perorando molliuit auditū. Pandit igitur dispositionē, iudicij ordinē exponit, & uiro tam religiosi, quā solertis ingenij parū fuit, si obedientibus propositū tantūmodo institutionis promeret, nisi inter initia etiā uinculū cōsuetudinis assignaret. Inspirante igitur cōpunctōrū cordibus Deo, auditur à cūctis, cōfirmatur, attollitur, eligitur tēpori triduū præsens, quod inter ascēnsionis sacræ cultum diemq; dominicū quasi quodā opportunitatis proprie limbo circūpositis solēnitatibus marginaretur. Explorāte autē episcopo feruorē inchoationis, & maxime uerente ne ob tardā populi sequacitatē paucioribus eductis obseruatio ipsa cōfestim in sui nouitate reuilesceret: ad basilicā quæ tunc mœnibus uicinior erat ciuitatis orationem primæ processionis indicit. Itur celebri alacritate, copiosa multitudine, & maxima cōpunctione, ut reuera populi lachrymis laboribusq; breuis atq; angusta processio uideretur. Vbi uero sanctus sacerdos de minorū effectū maiorū indicia collegit, sequenti die institutū est quo nūc primo id est crastino si dominus annuit, die laboraturi sumus. Sequuta sunt succiduo tēpore quædā ecclesiæ Gallicarū rē tā probabilis exēpli. Sic tamē quod hoc ipsum nō apud oēs iisdē diebus quibus penes nos institutū fuerat celebraretur. Nec porro magni intereat quod triduū eligeretur, dūmodo psalmorū officia lachrymarū functionibus cernuis persoluerētur. Tamē cū dilectione rogationū etiā sacerdotū crescēte cōcordia, ad unum tēpus id est ad præsentes dies uniuersalis obseruatiæ cura cōcessit. Porro autem eo attinuit ista præfari, ut seu recolentibus hæc seu ignorantibus forte retulimus, omnes tamen attendant quod ecclesia quæ nusit alijs for-

mam institutionis multipliciter debitor est ostendenda alacritatis:
 & prima debet esse compunctionis officio quæ in re tam necessaria
 omnibus facta est mater exemplo. Vnde nunc imminere si Deus an-
 nuit rogationum nostrarum operosissimam festiuitatem non quasi
 nescientibus indicimus, sed quasi expectantibus cõmendamus. Quia
 licet non absq; labore constet seruanda professionis ipsius consuetu-
 do, delectat tamen asperitas medicaminis, in quo frequenter inueniri
 probata est spes salutis. si dixerimus inquã sicut ait apostolus quia
 peccatum non habemus nos ipsos seducimus. Et si confiteri debemus
 assidue nos peccare, opus est confitendi officio humilitate pœnitendi.
 præsertim quum plebis adunatæ compunctio sic ad incitamentum
 boni operis possit aptari, ut rebelles conuenientius erubescant si cun-
 ctæ multitudini proprie mentis solitudine contradicentes peccata
 sua uel uitia cum populo flente non defleant. Necessaria est igitur bo-
 ni operis cõspiratio. Sumit alter ex altero aut de humilitate exẽplũ,
 aut in confessione solatiũ. periculosius agitur singulare certamen, in
 quo uires altrinsecus experiri posse paucorũ est. At uero quũ cõtra
 hostẽ cõmunẽ multitudinis pugnat assensus trahit etiã timidũ militẽ
 uirtus aliena. Robustis bellatibus infirmitas delitescit, & quodã uni-
 tatis suffragio laus fit inualidis in exercitu fortium cõputari. Deniq;
 quũ uictoria cõtigerit, omnibus acquiritur: & quũ paucorũ dextra
 pugnauerit omnium gloria triũphauit. Hoc dico de infirmitate cõmu-
 ni, quæ si se rogantibus nõ subtrahat, etiã quũ ipsa per se minus fece-
 rit nõ tamẽ ad integrũ fructu carebit. In illa gloriosa & admodum
 singulari historia Niniitarũ cõtra exertũ cõmotæ diuinitatis gladiũ
 iuncta seniorũ uiribus etiã infantilis ætas pugnare cõpulsæ est. Hu-
 mani quoq; mercedẽ & gratiã ieiunij pecorũ fames adauxit. Quin
 & ipsa irrationabilis creatura quæ offensam timere nõ potuit, quo-
 dã modo ueniã postulauit: & quia homines in morẽ animalium uiuen-
 do peccauerãt, rursus animalia sua quasi homines ieiunare cõgebãt.
 Propter hãc ergo discretionẽ in euãgelio dominus ait: Petite & ac-
 cipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Petere

enim docti est, quære religioſi: Petit ſciens, quærit neſciēs. Quū pe-
tis uis accipere quod intelligis: quum quæris adhuc conaris inuenire
quod petas. Ideo qui iā superiores ſunt, orādo petāt: qui infimi, labo-
rādo quærat. Porro aut̄ pulſare cōmune eſt. Nullus quippe obſtru-
ctū aditū uocibus pulſat: iſtud ad manus pertinet, & corporis actus
eſt. Petat ergo ſcientia: quærat amor: pulſet operatio: maxime in ob-
ſeruatiōe præſenti. Feſtiuitas ſiquidē eſt, cuius iocunditas tota eſt ſe-
ria grauitas: cuius epulæ lachryme, cuius paſtus eſuries eſt, cuius præ-
cipiū ex neceſſitate, per ſeuerantia in dilectiōe, actus in requie, re-
quies in labore. Mecū enim tota iſta obſeruatiō cōfeſſio penitēdi pro
culpa ſit & rogādi p̄ uenia. Etiā uero euāgelica lectio utilitatē ſup-
plicationis expoſuit: dū in nauī dominū dormientē chorus diſcipulo-
rū ſub tēpeſtatis ſtrepitu trepidus ſuſcitaret. Neq; porro aliud fuit
in tanto repugnantīū ſibi inuicē fluctuū uentorūq; conflictu ſopitū
p̄fundius dñm noſtrū interrita quiete iacuiſſe, niſi ut ad eū inter di-
ſcrimina quæ patimur timoris noſtri cauſſa cōfugeret. Aſiduo nos
tēpeſtas iſta fatigat: impulſu terribili cōtra nos tonitruū ſeculi clamat:
ſcitillatibus ad pūctū radijs mūdāna cōmotio nō illuminat ſed coru-
ſcat. Ecclia eſt nauis quæ nos p̄ uarios caſus uelut iter marinos gurgi-
tes ducit, dū res qdē noſtras obtrectationū & blaſphemiarū ſtridor
quaſi laxata laterū cōpage reuerberat, ſed puppim ueritatis ſolidi-
tate cōſtructā penetrare nō poteſt quod fatigat. Et quia p̄miſit dñs
noſter eccleſie: Ecce ego uobiſcū ſum omnibus diebus uſq; ad cōſum-
mationē ſeculi. in nauī quidē eſt in qua ſumus: ſed metuere iā non po-
teſt quod timemus. Poſt reſurrectionē enim aſcenſionēq; ſuā totus in-
ter pericula noſtra requieſcit. Alienæ magis formidini opuſeſt, ut qui
ſecurus iacebat euigilet. Clametur ergo uocibus ſupplicationis: &
ſi ingrauāte periculo nec dum audit, pulſetur manibus largitatis: &
dicatur ei. Exurge q̄re obdormis dñe oblitus inopiæ & tribulatiōis
noſtre? Dicturus eſt qdē experge factus. Quur timidi eſtis modice fi-
dei? Reddat ſalutē. & increpet infirmitatē. & ſi parua fides eſt quia
timemus ſeculum, tamen eſt aliquātula fides ſi recurrāmus ad dñm.

Non autē timeretur corā ipso si ipse timeretur: sed maxima cōscientia reſti, maxima cauſa trepidandi eſt in noſtra precipue uita, cui criminū cōtinuatio fit diſcriminū multitudo. Quo circa ſi nō diximus Chriſto uigila nobiſcum: ſaltem dicamus euigila propter nos. Nō rogauiſmus ne diſcederet, obtineamus ut redeat: nec deſerat curſum nauigationis infirmæ, donec uento & mari ſilentium iubeat, & furorē inſanientis ſeculi celerrimo fine cōpeſcat: & fiat in retributione iudicij trāquillitas magna, quia in hoc mūdo eſſe nō poſteſt. Quia ſi de mundo eſſetis mundus quod ſuum erat diligeret. Sed deuiſto mundo perueniatur ad ſupernam quietem: ubi quoniam poſſibilitas pereundi aberit, nec periculi cauſa naſcetur. Vbi ſemper nobiſcum dominus, ſemper cum illo ſi dederit nos erimus: & qui hic aliquoties negligentiſus dormit, illic perpetuo fruentiſus ſine fine uigilabit.

PIVS EPISCOVVS FRATRI
IVSTO EPISCOPO

Salutem.

ANtequā Romā exiſſes, ſoror noſtra Euprepia ſicut bene recordaris, titulū domus ſuæ pauperibus aſſignauit: ubi nunc cū pauperibus noſtris cōmorātes miſſas agimus. De te autē ſup̄bicate poſtquā ad ſenatoriā urbē Viennēſem perrexiſti quid factū ſit noſſe cupimus, & ut ſementē euāgelij iā ſparſeris audire multū deſideramus. Præſbyteri illi qui ab apoſtoliſus educati uſq; ad nos peruenerūt, cū quibus ſimul uerbū fidei partiti ſumus, à domino uocati in cubilibus æternis clauſi tenētur. Sanctus Timotheus & Marcus per bonū certamē tranſierūt. Vide frater ut illos imiteris ſequēdo, neq; uinculis mūdi illigeris. Feſtina palmā perſeuerabilē cū ſanctis apoſtoliſus tenere, quā per multas paſſiones Paulus ſuſcepit & Petrus: cui crux charitatē Chriſti tollere nō potuit. Salutāt te Sother & Eleutherius digni præſbyteri. Saluta fratres qui tecū uiuunt in domino. Gherintus primarches ſathane multos auertit à fide: gratia Chriſti habitet in corde tuo.

Pius

PIVS EPISCOPVS FRATRI
IVSTO EPISCOPO.

Athalus epistolas martyrum portans ad nos uenit, gaudium nobis inestimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis sanctum Verum collegam nostrum uictorem de mundi principe triumphasse: Tu uero apud senatoriam urbem Viennensem eius loco a fratribus constitutus, & colobio episcoporum uestitus, uide ut ministerium quod accepisti in domino impleas. Cura autem sanctorum martyrum corpora, sicut membra Dei: quemadmodum curauerunt apostoli Stephanum. Carceres sanctorum uisita, ne aliquis tepescat in fide. Martyria sancta spiritu sancto proba: & ut perseueret in fide eis incitator insiste. Presbyteri & diaconi non ut maiorem sed ut ministrum Christi te obseruent. Plebs uniuersa sanctitate tua protegatur. fratres nostri quos per Athalum recognoscas, de tyranni seuitia iam liberati requiescunt in domino. Pastor presbyter titulum contulit, & digne in domino obiit. Reuelatum mihi esse scias collega beatissime citius me finem huius uitae facturum, unum flagitabo, in communione stare & mei ne obliuiscaris. Salutat te senatus pauper Christi apud Romam constitutus. Saluta omne collegium fratrum qui tecum sunt in domino.

CORNELIUS FRATRI LVPICINO
VIENNENSI ARCHIEPISCOPO

Salutem.

Scias frater charissime arcam dominicam uetero persecutionis acer-
rime commoueri, & edictis imperatorum Christianos ubique tormen-
tis uarijs affici. Nam in urbe Romana imperator ad hoc constitutus
est, unde neque publice neque in criptis notioribus missas agere christia-
nis licet. Exhortetur itaque charitas uestra omnes credentes in Chri-
stum ne timeant eos qui occidunt corpus, sed potius eum qui habet cor-
pus & animam potestate perdendi. Iam plures fratrum martyrio coro-
nati sunt. Ora ut perficiamus cursum nostrum nobis a domino Reuelatum.
Vale frater in domino & saluta omnes qui nos amant in Christo.

IOANNES GAGNEIVS

Parifinus Doctor Theologus ftu-
diofo lectori salutem.



Veteres Lugdunensis Galliae librarias in communem totius rei literariae studiosorumq; utilitatem bonos libros inuestigandi recuperandiq; gratia perscrutatis nobis amice lector, quum in Barbarenfis insule coenobium amici aliquot ueniffemus (ea est in medio Arari non procul Lugduno) incidit in manus nostras ex eius loci uetusta sed ante annos aliquot depeculata libraria, poëma doctum & elegans quatuor libris distinctum historiae libri Genesew ad uigesimum usq; caput persequens, Claudij Marij uictoris Massiliensis oratoris titulo inscriptum. Placuit autem libellus tum argumēti dignitate, tum styli grauitate ac nitore, mihiq; grande uisus sum facturum precium operae si ad haec Diui Alchimi Auiti opuscula adiungerē: quum idē prorsus argumentū tractet uterq; futurusq; sit alter alteri commētarius. Tot uero partim uetustatis iniuria, partim eius qui descripserat incuria mendis liber scatebat, ut nullū plane descriptorē inuenire potuerit. Itaq; quum illi describēdo animū manumq; coactus adieciffem, necesse habui diuinare plerisq; in locis magis quā legere. Nam quum uix locis non paucis literarum superessent uestigia, multa etiā sic descriptoris culpa immutata essent ut ne sensum quē ullum subodorari possimus nobis ex ipsis, quod potuimus ex sacris biblijs & Genesew historia mutuati: qualicunq; nostra minerua temporis iniuriam descriptorumq; sarcire curauimus inertiam. Quae autē ab historica Genesew serie remotiora erāt, (ut plerumq; nō ineptē autor digreditur) ea locis aliquot cōpulsi omiffimus, quod quum ea neq; intelligere quispiam possset sed ne legere quidē, neq; rursum aliunde sensum uenari liceret, nihil uisa sunt si omitterentur reliquae historiae

historie nocitura. alioqui quæ ad rem faciebāt, & ad historie perti-
 nebant narrationem, si quando cariosa monumenta legendi neq; lo-
 cus daretur, neq; facultas, factis de integro uersibus aliquot proxime
 ad scripturæ sancte ordinem restituere conati sumus, si quando emē
 datiore nacti erimus codicē integrum autorem reddituri. Horum
 te lector optime admonitum uoluimus ne nos temere autorem aut mi-
 tilasse crederes aut iminutasse: Existimo autem autorem hunc quem
 Claudij Marij uictoris nomine Barbarenfis insulæ codex exhibuit
 eum esse qui Gennadio, & Ioanni Trithemio inter scriptores eccle-
 siasticos uictorini nomine annumeratur, quum siue hic uictorinus, si-
 ue illic uictor Mafsiliensis rhetor & orator fuisse perhibeatnr.
 Claudius igitur Marius uictor, seu uictorinus Mafsiliensis rhetor &
 orator fuit humanis literis iuxta & diuinis eruditissimus, quāquā
 iam grandi etate nulloq; præceptore diuinis attigit literas. Claruit
 Theodosio & Valentiniāno imperatoribus, sub illa Vandalicæ &
 Alanicæ persecutionis tempora quēadmodum ex quarto ipsius li-
 bro facile est conijcere. Commentarios eum in Genesim ad mortem
 usq; Abrahæ edidisse referunt Gennadius & Trithemius: nos hæc
 tantum reperimus, quæ tu candide lector æquus accipe, & nostram
 operam boni consule: quam si tibi probatum iri intellexerimus: ex-
 pecta propediem rei theologicæ antiquissimos & eruditissimos au-
 tores quāplurimos nostra industria è tenebris in lucem asserendos:
 Bene uale in Christo Iesu.

CLAVDII MARIi VICTO

ris Oratoris Mafsiliensis in fuos fu

per Genefin commentarios

Præfatio ad Deū Opti

mum maximū.



Umme & fancte Deus, cunctæ virtu
tis origo,

Omnipotens, quem nec subtili indagi
ne rerum

Mentibus humanis fenfu comprehendere fas eft,

Et nescire nefas (nam te ratione profunda

In tribus eſſe Deum, ſed tres ſic credimus vnum

Vnica perſonas vt tres ſubſtantia reddat.

Indiſcreta pio conſeruans fœdera nexu)

Tu ſine principio, pariter ſine fine perennis,

Solus es atq; idem: nullicq; obnoxius æuo.

Tu ſpatium rerum mentis quocunq; reſſus

Tenditur, excedis: ſpatio neq; cingeris vlllo.

Nec te qui capiat locus eſt, immenſus enim es tu.

Quinetiam humanæ nec fas contingere menti

Qualis imago tua eſt, oculis ignara videri,

Ni cui cernendam ſpeciali numine ſeſe

Exibeat

Exibeat: nec vero est qui virtute creata
 Te vegetet motus: per quē sumus atq; mouemur.
 Tu mens & sacre penitus substantia mentis:
 Tu ratio, & plene prudens rationis origo.
 Tu virtus virtutis apex, atq; ipsa profecto
 Tu vita, & genitor vitæ, lucisq; profundæ:
 Tu lux vera Deus, tu rerum causa, vigorq;
 A te principium traxit, quodcunq; repente
 Ex nihilo emicuit, tantoq; auctore repletum
 Vel vim mētis habet, vel formā in mēbra recepit.
 Te dominum natura probat seruata caducis
 Partibus: & iussam seriem datus ordo fatetur.
 Tu dociles numeros distinguens, pondera librās,
 Mensuras varians, modulos, motumq; gubernās,
 Alternas seruire vices, iugemq; recursum
 Rerum stare iubes, & mentis imagine plenum
 Edere nota tibi iam secula, voluere mundum.
 Non vno tu contentus dotare creata
 Munere, quidquid agis varios largiris in vsus.
 Quinimo nil non causa Deus alme tuorum
 Efficis: ipsa licet nobis ignota tuorum
 Factorum ratio, atq; modus: contraria nempe
 Quæ putat humanæ solers ignauia mentis,

ni s Dum

Dum certant, plus pacis habent, sic omnia diues
 Conditor aduersis etiam cognata elementis
 Nectis, & effusis à te virtutibus implēs.
 Et tamen hec quum sint in maiestate creandi,
 Nil horum quæ gignis eges; mundiç peracti
 Et per te stabili rerum compage manentis
 Nil prorsum indignus es; nec in hoc tua gloria tm̄
 Quòd præstanda facis bonus autor; sed q̄ & ipsa
 Efficere vt possint causis præbere secundis
 Non dedignaris; quæ qui tua munera sentit
 Munus & ipse tuū est; tibi vt vni accepta referre
 Omnia homo meritò possitç & debeat vnus.
 Nam tibi sola Deus gigni quòd cuncta iuberes
 Causa fuit bonitas; quum iussis viuere primum
 Spiritibus, mundoç frui quem mente gerebas,
 Atq; omnes in te rerum cognoscere causas,
 Et super terras & aquas volitare dedisti.
 Certa quibus cœlum sedes, queis libera corda
 Arbitriumç sui largitus es omnibus; vt iam
 Alterutram in partem vellent se vertere possent:
 Vt fieres iustis merces, meritisç piorum,
 Hoc quoç cōferres præstando, vt debitor esses,
 Nam quòd de primis cœlesti in sede creatis
Vnus

Vnus(dum lucis domino, vitæq; suoq;
 Inuidet auctori, titulumq; hunc appetit) auctor
 Maluit esse mali, primamq; inducere mortem,
 Cum scelerum socijs celso deiectus olympo:
 Virtuti nihil inde tuæ præiudicat: illud
 Cui satis est fecisse bonum: sed copia laudis
 Hæc est summa tuæ: quòd quū se extollere supra
 Diuini virtutem apicis scelus esset, & ingens
 Religio nulla prorsum delebilis vnda:
 Non tamen ingratis vitam sensumq; negasti:
 Quin etiam arbitrio mentis gaudere dedisti.
 Nec tamen arbitrij natura in vtrumq; valentis
 Accusanda venit nobis: namq; inde perire
 Posse datum est cunctis vt viuere dulcius esset:
 Mutuaq; alterni compar mensura pericli
 Cederet ad meritum: quum iudice digna se uero
 Præmia sanctorum geminaret pœna malorum.
 Porro etiam(mihi si fas est hoc dicere salua
 Pace tua genitor) maius fortassis apud te est
 Non peccasse bonum, per lubrica tempora vitæ,
 Quàm miseris peccasse malum: sed videris vt se
 Hoc habeat: causas vni cui credimus omnes.
 Interea satis est nobis, quòd vilia terræ

Pondera

Pondera dum sacra inspiras ratione tuæq̃
 Informas virtute, tuumq̃ effingis ad instar,
 Nobiliora facis: dum lato in sideravultu
 Erexisti hominem: quem sæui fraude tyranni
 In mortis laqueos, & ad impia tartara raptum
 Vnigeni redimis profuso sanguine nati:
 Ecq̃ imis erebi dona ad maiora petitem
 Restituïs quàm factus erat: vitæq̃ perenni
 Reddis, & in cœlum diro vehis hoste subacto.
 Iam iam nemo patrem temerarius arguat Adam
 Quòd leue præscriptum violata lege resoluens
 Ad lætum patefecit iter: nam culpa parentis
 Compensata satis: quia plus est vincere mortem
 Quàm nescisse mori. cœli nunc lætus ab aula
 Dispicit ætherios axes, & sidera calcat:
 Dispositosq̃ vocat ventura in regna nepotes:
 Quos iterum formauit aquis, iterumq̃ renasci
 Aeterni docuit diues sapientia patris:
Inuocatio. Tete igitur deus alme precor, qui numine pronò
 Das sentire animis, & te charissimè patris
 Nate tui, da melli fluum in præcordia verbum
 Nostra tuum: & linguas nobis infunde disertas:
 Dū teneras formare animas, & corda paramus
 Ad veræ

Ad veræ virtutis iter puerilibus annis.
Inclÿta legiferi iam pandito scrinia Mofi,
Quæ sit origo poli, vel quæ primordia mundi,
Archanamq; fidem quid toto excusserit orbe
Mentibus ambiguïs: quâ vires traxerit aucta
Pestis, & in vicium mores cessere vetusti.
Da Deus æternæ describere in ystica vitæ:
Da simul & mentem, da cōgrua tempora menti,
Da studium, tanto ne desit cura labori,
Successumq; bonum studiÿ: quodq; omnia vota
Iure supercurrit (scribenti candida mens est)
Ne damnes tantū quod nunc reus audeo munus:
Criminibusq; meis conuiue, & parce benignus.
Quod si lege metri quidquam peccauerit ordo,
Peccarit sermo improprius, sensusq; vacillans:
Hinc nullum fidei subeat mensura periculum.
Per dominum Christum qui tecum natus eadem
Magestate viget, pariter qua spiritus almus
Incomprentia animis, seclorum in secula viuít.

Claudiÿ

CLAVDII MARIi VICTO

ris Oratoris Massiliē. Commenta
riorum in Genesin

LIBER PRIMVS.



Nte polos cœlicꝫ diem, mundiꝫ tenebras,

Ante operum formas, & res, & semina rerum,

Aeternum sine præteriti, sine fine futuri
Esse subest: cui semper erat Deus vnus: apud quē
Viuebat genitus Verbum Deus, & suus almus
Spiritus, archani vitalis summa vigoris.
Vna trium quos concordi substantia nexu
Coniungens summa æternum virtute beabat.
Regnabatꝫ potens in maiestate creandi,
Iam res, & causas rerum, casusꝫ futuros
Et faciēda videns, gignendaꝫ mente capaci,
Secula dispiciens, & quidquid tempora voluunt
Præsens semper habens: immensum mole beata
Regnum erat ipse suum: regni nec teste carebat
Virtus trina Deus: qui primum semine nullo
Corpora dans rebus, dum res existere cogit,
Iam nostrum effecit munus quod solus habebat.
Vtꝫ

Vtq̄ istum faceret diues Sapia mundum

Cuncta simul genuit: sed posthæc semina rerum
Ornavit superinductis informia formis.

Temporaq̄ in seriem bene cōditus ordo redegit.

Nam non, sacrilegi sensit quod lingua furoris,

Casus mentis inops dum nescia semina voluuit,

Tam prudens contorsit opus: nec dicere factum

Ante æuum fas est, quia tempore nata mouentur.

Nec porro æternum mundum, superisq̄ coeuum

Crederè fas stabilem semper tenuisse vigorem:

Nã quod corporibus constatcepisse fatendū est.

Corpus enim quod plagaterit, quod tpa soluunt,

Atq̄ abolent ipso qui tendit in vltima fine,

Principium ostendit: quod quæ fortita probatur,

Aut facta hæc credi par est, aut nata putari.

Factū igitur cōstat mundū, quod quisq̄ subactus

Annuat, & vero conuictus dogmate credit,

Concedēs fecisse Deum: qui numine Verbi

Et virtute potens quidquid natura putatur

Disposuit, iussit, monuit, munusq̄ creatum

Succiduis vicibus (semper fugitiua reformans)

Sustinet: ac volucrem retrahens circūrotat orbē.

Qui si cuncta etiam mauult dissoluere raptim,

Confestim

Qui uiuit in
æternū crea
uit omnia si

mul. Eccl. 18.

Mundū non
esse fortuito
factum.

Mundū non
esse æternū.

Confestim in similes formas redeuntia reddet.
Tanta Patris vis est & tanta est gloria Verbi.
Ut vero semel attingam primordia rerum:

*In principio
creavit Deus
coelū et terrā
Gene. 1.* Excelsi conuexa poli, terræq; iacentes,
Pars prima est operis, sed terras vnda tegebat
Aëraq; in medio sordenti nube madentem,
Et tenebris se vasta nigris velabat abyffus,
*Spiritus autē
domini fere-
batur super
aquis. Ge. 1.* Et facer extensis impendens spiritus vndis
Altrices animabat aquas, ac semina rerum
Nondum cōpositis fundenda ad germina terris
*Dixit Deus
fiat lux et fa-
cta est lux.
Gene. 1.* Insinuanda dabat: quum lux immissa superne
Emicuit dicente Deo: discretæq; nigrum
Vmbra peplū retrahēs, summo discessit olympto.
Tum diuina diem appellans prudentia lucem,
Indidit & tenebris obscuræ nomina noctis.
Sic facta vna dies de mane ac vespere primo:
*2. Dies secun-
da.
Firmamenti
creatio.* Rursus mane nouum primo iam vespere pulso
Reddita lux fecit: quum se firmissima moles
Fluctibus è medijs concreto corpore cedens
Extulit: ac late duro solidata rigore
Diuisas suspendit aquas: gelidumq; profundum
Axibus obiecit calidis: seq; æquore septo
Nixa superfudit rebus, quas circite vasto.
Contigit

Contegit ætherium deducto hinc noīe cælum *Cæli nomen*
 Forſitan hic aliquis ſic ſecum errore perito *unde.*
 Diſſerat ætherijs ne deſint pabula flammis
 Et nimius calor ima petens alimenta ſequendo
 Exurat mortale genus, cœlumq; coruſcum
 Non poſſint terrena pati, ſubiecta deorſum eſt
 Machina firma poli; quę dū nos protegit vmbra,
 Interea ſuper impoſitis frigefcit ab vndis.
 Numinis at vero diuini quærere cauſas
 Mēs fuge noſtra procul; plus ſit tibi credere ſemp
 Poſſe Deum, quidquid fieri non poſſe putatur:
 Et magnum pelagus ſuper aſtra & ſidera ferri
 Ipſorum ratione proba qui credere nolunt,
 Et mundum pendere volunt, quem conditor ipſe
 Geſtet, & immenſo conſtanti pondere voluat.
 Tertia lux tumidos ſtupuit diſcedere fluctus: *Dies tertia.*
 Quum deus impulſis reliqui iam gurgitis vndis,
 Aerijs magnum ſpacijs patefecit inane:
 Arida tunc primum mundi pars ima reſectam *Aquariū &*
 Oſtendit faciem; tremefaſtaq; numine Verbi *terrę diuiſio*
 Cerula nudatas cınxerunt æquora terras.
 Quas vario raptim iuſſas fructeſcere fœtu
 Luxurioſa nouo texerunt germina limo.
n Et rudis,

Et rudis, & tenero prorumpens cespite lætis.
 Iactauit se sylua comis: speciemq; secundum
 Edidit vna suam quæq; arbor & herba virescens
 Et fructū & semen: vestitaq; gramine terra est.

Quarta dies Iam tribus exactis motu succensa citato
 In flammis ignisq; globum se cogere iussa est

Solis & lune creatio. Ge. 1 Solis prima dies: fundataq; semina lucis
 Puniceos roseo sparserunt fomite crines.

Lunaq; noctis honor quæsito lumine fulgens
 Inferiore via soli subiecta pependit:

Aquo susceptos radios percussa refudit.

Astrorū creatio. Astraq; distinctis cœlum pingentia zonis

Floribus ætherijs varios vibrare colores,

Et magis ornatis se resplendere tenebris,

Cerula nox stupuit, rutilis dum spicula flammis

Fusa micant, vrgentq; alacres noua sidera iactus,

Quæ solare iubar radijs obducit apertis

Tempora quadrifidi mensurās quattuor anni.

Sol quoq; quum cursus lune sit mēstruus, vno

Contentus cursu reuolutum conficit annum

Artificemq; sacrum mira compage fatetur.

Quinta dies. Quinta dies mouit spirantia corpora ponto,

Quæ

Quæ liquor humectans genuit: sparsitq; pfundū
 Delitias pelagi: vario quas germine miris
 Formauit natura modis: educere iussa
 Et toto partes, formasq; ex corpore inani.

Quinetiam in brutas animam dedit ire figuras:
 Quæq; falis tumidi squalentia gurgite terga
 Cete vasta leuant molli differta sagina,

Edidit: & qui horum conseruat corpora, nostris
 Corporibus nocet ipse liquor: genitalis alumnus
 Piscibus: ipsa etiam terræ qui germina nutrit,

Hinc volucres quoq; molle genustraxere vigorē:

Nā liquidas dū format aquas, immissaq; pontum *Volucra ex
 aquis genita.*

Vita subit, feruent multo tumida æquora partu:

Nec satis est pisces genus oē exurgere: quòd q;

Squammea turba falso summas euadit in vndas:

Ni volitans in aquis, sensim natet æthere puro,

Aetherios volucris contingere docta recessus:

Ergo materies auibusq; & piscibus vna est.

Iam bis terna dies claro radiabat olympo:

Sexta dies.

Tertia post calidi genitalia munera solis:

Iamq; tepens tellus grauidos laxauerat artus:

Quum maiora agitans iussit Deus edere terrā

Omne animal, vegetat ratio quod sola mouendi:

n 2 Cui

Cui seruire datum quo rerum postulat vsus,
 Nec mora prorumpunt foëtis vitalia terris
 Pignora, quæq; sui generis sortita figuras.
 Hic mihi iam fas sit quædam perstringere, quædã
 Solicito trepidum penitus transmittere cursu:
 Mutata quædam serie transmissa referre.
 Postquam cuncta datus generatim protulit ordo
 Veris plena bonis, & multa dote referta:
 Quæ Deus in longã seriem mansura foueret:
 Autori perbella suo tum machina visa est,
 Sed quid id est q̄ mūdus erat, q̄ sidera, & ortus,
 Aetheraq; & vitreum pelagus terreq; virentes,
 Nĩ spectator, adest tantę quem gloria molis
 Impleat: atq; oculis auidum per singula ducat:
 Quorsum tam lati fines, possessioq; ampla,
 Si rerum possessor abest: hæc rector olympi
 Secum animo versans & Verbi pondere librans,
 Stat data summa operi, bona sunt quæcũq; creauit
 Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe,
 Et sit imago dei: similem decet esse creati
 Liber ad arbitrium fruitur qui mente creatis.
 Dixerat hæc, & factus homo est, seu corpore toto
 Siue anima ac specie, forsan quo more futura
 Quo

Faciamus ho-
munẽ ad ima-
ginẽ & simi-
litudinẽ no-
strã. Gen. 1.

Quo facienda facit, quo factum semper habebat:

Etsi præteritum iam nondum accesserat æuum.

Ergo hunc præpositum rebus cū coniuge iussit

Crescere per sobolem, terrasq; replere vacantes.

Tum natura semel rebus concessa creatis,

Præsertim quas vita mouens animare videtur,

Multiplicat quęcumq; suis primū edita formis.

Septima lux magnum vt vidit cessasse parētem, *Dies septima*

Sed generum tantum numeros desisse creare, *Gen. 2.*

Et requiem tenuisse suam; tum iure sacrata est

Perfectū quæ vidit opus: nāq; hoc quoq; plenū est

Virtutis, cessasse Deum, posuisse labores.

Nam genitis formā patris quam dextra pararet

Bis ternis dominum satis est patrasse diebus.

Septima lux docuit venerandæ exempla quietis

Quam cœlesti omnes sperare iubemur in aula.

Si modo non desint operum bona facta piorū.

Hæc quoq; lux illā signat, qua tartara Christus

Soluit, & euicto reditum patefecit auerno.

Dum patriam ille semel victor rediturus in aulā,

Iamq; malorū expers, humana in carne quiescit.

Sic cessare Deus, sic ocia sumere nouit,

Plus vt agat cessans, pariter sine fine quiescens.

n 3 Ac fine

*Sabbatū eter-
nū præfigura-
uit dies septi-
ma.*

*Diem resur-
rectionis do-
minicæ præ-
figurauit
dies. 7.*

Ac sine fine operans, seriemq; & tempora miscēs
 Cessando consummat opus, quodcunq; creatat.
 Sed qualem qualiq; Deus formauerit Adam
 Materia, hic paucis cum Mose resumere fas est.
 Primus enim meritis postremus in ordine toto
 Factus homo: vt sese rebus præstare creatis
 Noffet, & hinc laudes dño persolueret æquas.

*Ade forma =
 tio. Gen. 2.*

Ergo hominē factura Dei manus optima summi
 Tractatu facilē ac bene gnarum cedere limum,
 Et flexum formamq; sequi qua ducitur arte
 Sumit: & humanā qualē iam mente gerebat
 Explicat in speciem: tum flatu immissa vapore
 Vita rigauit humum: tellus mollita liquore
 Vertitur in carnē: & sanguis, q; lubricus humor,
 Distendit molles per nota foramina venas.
 Tunc mentis iam plenus homo tellure relicta
 Exilit, ac dominū prudens rationis adorat.

*Corpus Adæ
 resurgētium
 corporū ad
 gloriā figura*

Haud aliter bustis mādāta resurgere apertis
 Corpora quum Christi cœlo delapsa patenti
 Maiestas grauidæ referabit viscera terræ,
 Exilient, dominumq; colent terræq; poli q;
 Nā quod nō habuit quum sic è puluere vili
 Humanū in formā cōpactū est corpus honoram
 Perfacile est rursus itegrū vt de puluere reddat

Quod iã habuit multos cœlatũ terra per annos.
 Sic ex antiquis prodibunt iussa sepulcris
 Corpora, quæq; suas rursus assumentia partes.
 Sic nil præteriti est quod nõ sit forma futuri.
 Sed iã hominis tẽpus sedẽ atq; habitacula primi
 Pandere, vbi toto acceptũ pro semine vulnus.
 Eoos aperit foelix quã terra recessus
 Editiore globo nemoris Paradisus amœni
 Panditur; & teretis distinguitur ordine syluæ.
 Hic vbi, iam spatij limes discernitur æquis
 Solis, & æternum paribus ver temperat horis.
 Illic quæq; suis diues stat fructibus arbor,
 Pomaq; succiduis pelluntur mitia pomis:
 Quæ iucunda oculis, & miri plena vigoris
 Mẽbra animosq; fouet, pascuntq; sapore & odore.
 Sidereos hic terra vibrat distincta calores,
 Semper flore nouo frondens, fructuq; recenti:
 Hic fragiles soluunt calamos animata vigore
 Muneris ambrosij spirantia cinnama odores.
 Sed nec quod Medus redolet, vel crine soluto
 Fragrat Achemenius, quod molli diues amomo
 Assyrius, messisq; rubens Mareotica nardo,
 Quod Tartesiaci frutices, quod virga Sabæi,

*Paradisi ter
 restris descri
 ptio.*

*Paradisiferti
 litas & deli
 tie.*

Quodq̄ Palæstinus lacero flet vulnere ramus:
 Omnia certatim hunc congesta putabis in hortū.
 Nāq̄ huc cūcta Deus pariter quæ singula certis
 Accepit natura locis, conferta regessit.
 Motaq̄ dum leni vibrat nemus aura meatu,
 Vnum ex diuerso nectar permiscet odore:
 Fitq̄ nouū munus sibi nulla quod asserat arbor.
 Quāq̄ tremens blando sensim iactata fragore
 Commotis trepidat folijs, sonat arbore cuncta
 Hymnum sylua Deo, modulataq̄ sibilat aura
 Carmina, nec vacuus vanum quatit aëra motus.
 Quippe apud autorem, qui totum mole sub vna
 Res rebus nectens alterna lege retentat,
 Nil temere fieri vel frustra credere par est.
 Quinetiam speciosa, nemus, syluæq̄ coruscæ
 Argumenta operum sunt, & plantaria rerum,
 Nec dubium primi quin delicta ante parentis
 Hic sua fixissent pariter tentoria secum
 Gloria, simplicitas, studium, sapientia, veri
 Diua tenax, prudentia, gratia, honorq̄, salusq̄,
 Præclariq̄ animæ adfectus: atq̄ inclita virtus:
 Et quidq̄ pulchrū orbis habet: q̄d deniq̄ paucis
 Enumerare velim quā plurima munera verbis:
 Iam satis

Iam fatis hoc fidei est laeto quòd semine surgens

Hinc arbor vitæ celsis petit aëra pomis;

Illinc diuerso nocitura peritia fructu

Notitiam rerum suspendit ab arbore legis.

*Arbor vitæ
et arbor sciē
tiæ boni &
mali.*

Ad gremium sacri nemoris quod sylua coronat

Fons scatet, & diti prolem virtute maritat

Fons paradisi

Quadrifido tumidū letus caput amne resolvens, *si. Gen. 2.*

Ditior oceano iugi, nam gurgite pronò

Ille suos donat latices, iste accipit omnes.

Nec turget tamen; at minor est qui crescere tātis

Fluctibus infusis quā qui decrescere nescit

Amnibus effusis; quorum primo ordine Phison

*Phison qui
& Ganges.*

Profilit exultans, fontis pars quarta beati;

Edens naturæ quas dat prudentia dotes;

Gangetisq; replet populos, atq; Indica regna

*Gāgetis vber
tas et diuitiæ*

Distendit limo, terrasq; & semina voluens

Quæ facit arua serit, nudis quæ squallet arenis

Aurea fulgentis inter ramenta metalli.

Hic vbi fulmineo rutilans carbunculus igne,

Ac viridi radiat fulgescens luce smaragdus.

Nec minor inde Geon placidis sed mitior vndis

*Geon qui et
Nilus.*

Niliacas attollit aquas, arsurasq; late

Diluuio tegit arua pio cæloq; repugnans

n 5 Temperat

Temperat æthyopum stagnis refluētibus vndas.
Tygris. Tertius hinc rapido percurrens] gurgite Tygris
 It comes Euphrati, iuncta quos mole ruentes
 Tellus victa cauo sorbet patefacta baratro:
 Donec in Armeniæ saltus ac Medica Tempe
 Quos nō sustinuit, nec iam capit, euomat amnes:
 Sed Tygris, nigro tanquā indignatus auerno,
 Profilit æthereas motu maiore sub auras.
 Et rursus spelæa subit,mersusq; cauernis
 Intus agit fremitus: & fortior obice factus
 Multiplicatur aquis, atroq; citatior antro
 Exit, & Assyrios celeri secat agmine campos.

Euphrates. Iustior Euphrates, diti qui gurgite largus
 Irrigat arentes subiectæ Persidis agros:
 Mollibus elicitus riuis: atq; omnibus æquè
 Seruit, & humanos totum se præbet in vsus:
 Donec siccus aquis, nomē quoq; prodigus ipsum
 Consummat terris, pelagi quod debuit vndis.
 Hæc igitur cuncto naturæ ditia foetu
 Imperia, & tanta virtutum dote refertæ
 Delitiæ, prima est hominis possessio primi,
 In quam deductus vita exultare perenni
 Accola iussus erat: tales ergo ille locatus

Inter

Inter delicias, & longe pinguiâ Tempe:
 Dum fit adhuc dignus discitq; labore mereri,
 Expers moerorum, curâq; ignarus agebat.
 Tantû apud autorē est meriti pro nomine summi
 Nōdū aliqd meruisse mali: Quātū ergo putamus
 Soluere posse patrem reditura in tempora vitæ:
 Cuius apud famulos iam tum largitio pura
 Non merces Paradisus erat: quodq; illa seueræ
 Legis scita tulit, libertatisq; periculum
 Facturus, vitam seruanti iussa recepit:
 Spondet adhuc maiora bonis, & præmia seruat:
 Qui causam meritis statuit, dum vescere dixit
 Arboribus cūctis: hanc tātum horrere memēto,
 Quæ diuersarum gestans examina rerum,
 Notitiam recti atq; mali sub cortice gestat.
 Nam trāsgressores mors cruda & dira sequetur.
 Tali lege data ratio docet optima, quod non
 Mortalem Deus in primæuo tempore fecit
 Primū hominē: quin ille sibi mortē attulit vltro.
 Nāq; & in hoc ē magna Dei indulgētia summi:
 Dum quod nō meritis sed tantū sponte benigna
 Largitur famulis, nostri cupit esse laboris.
 Et se quod donat mauult debere videri.

Homo imor-
talis creatus.

At tu

At tu quem sacri nequit custodia iuris.

Ne querere angustis quod clausa licentia metis

Parte sit orba sui; nil hac tibi lege recisum est.

Ante potestatem tantum terræq; marisq;

Nactus eras, nunc iam regni vitæq; perennis,

Porro & mortis habes. Tunc ut sibi cuncta parētē

Gene. 2. Indulisse pium rudis incola crederet orbis.

Omne animal quod iam tellus dare iussa crearat

Effundens tacito vernans è corpore semen,

Iussit adesse Deus; proprioq; obedire tyranno:

Scilicet ut cunctis bene congrua nomina rebus

Inderet; atq; suo factum vnumquodq; vocaret

Nomine, natura quod natum est suapte moueri.

Nec moraviuentum parendi haud nescia sistit

Omne genus natura Deo; quacuncq; vocatur

Mundi parte noui coeunt animalia in ipso

Temporis articulo modici; siue illa fuissent

Molli lenta gradu, aut rapido præoptissima cursu;

Impete vel subito consueta per aëra labi,

Aut innare vndis, aut pondere lubrica ferri:

Vnicuiq; ani His Deus omnipotens Adam præsentē vocatis,

manti suæ vi Vnumquodq; suo donauit munere largus.

res indita.

Armauitq; manu, cornu, pede, dente, veneno,

Atq;

Atq; alijs quibus artis inops animicq; minoris
 Et ratione carens animal se protegat, & se
 Seruet ab aduersis rebus: sed nullū animantum
 Aequa homini specie vultuq; habituq; vigebat:
 Ast homini prope diuinos addebat honores.
 Totq; inter duplici vitam illustrantia sexu
 Impar solus erat, dudum qui coniugis aptam
 In se materiem gignendæ ignarus habebat.
 Ergo opus aggreditur notū Deus: iſtaq; raptim
 Corda viri tanto diſſoluit languida ſomno,
 Mentis vt experti coſtam ſubduceret vnam:
 Vnde caro fit iuſſa ſequi: nam ſponte recedens
 Pellis, iter planum coſtæ præbebat eunti:
 Illeſis prorſum membris, & corpore ſano,
 Quæ varios operante Deo digeſta per artus
 Accepit formam, calidiſq; animata medullis
 Verſa in opus vitæ eſt, ſexu iam grata ſecundo.
 Sic permiſſa ſuo formata eſt Eua marito.
 Hoc nunc turba loco ſtolidiſſima deſine tandem
 Quæſitis animum vanis torquere: nec iſthic
 Quærere quur hois conſecta eſt fœmina mēbris:
 Quum iam à principio molli de puluere fingi
 Poſſet, & ex nihilo: & cauſas deſiſte latentes
 Scrutari:

*Eue forma-
tio.*

*Cur ex homi-
nis costafacta
mulier.*

Scrutari: quãquã si coniectare licebit
 Ex homine effecta est mulier, cognatio quãdam
 Mutuũ & alternũ inter se vt misceret amorẽ:
 Semet in alternis cogens agnoscere membris.
 Hinc Euam partem esse sui mox protinus Adã
 Sensit vt exultans, tetigit noua gratia mentem,
 Mentis & affectus in viscera nota receptus,
 Irruit: & tanto penetrauit in ossa calore,
 Vt iam scire daret, quid coniunx esset, & vxor,
 Quid dulces nati, postponendiq; parentes
 Coniugibus, quidnãvna ambos in carne manere,
 Aeternam pariter vitam ducentibus esset.
 Porro dum mundi vitijs & tabe carebant
 Diuinis viguere animis, nullius egeni:
 Quũ penes hos esset mundi substantia, & omnes
 Quas dabat orbis opes: nec prsum obnoxia mor
 Corpora gestabãt: nõ hos cogebat ad esum (bis
 Pause ignara fames: qui si mandata supremi
 Seruassent integra Dei, crudelia mortis
 Imperia, & diros nescissent vsq; dolores.
*Serpētis astu-
tia. Gene. 3.* Callidus at serpens domini perfringere legem
 Talibus incautam persuasit fraudibus Euam.
 O vitæ melioris inops, rerumq; bonarũ

Gens

Gens ignara hoīm; neq; eīm bona nosse putādus
 Qui praua ignorans, etiā distinguere nescit
 Quo diuersa bonis inter se limite distent.
 Atq; ideo augustos homini fas carpere fructus
 Noluīt esse Deus; ne mentis nube remota
 Immitant in cœlum oculos, atq; optima noscant;
 Sintq; deis similes. Hic nunc excurrere paulum
 Fas fuit, & turpes veterum deflere ruinas.
 Ah nimium miseri gentiles quos furor egit
 In varios ritus cognomina multa Deorum
 Fingere, pluralemq; Deo vocem addere soli.
 Serpentis primam hanc sonuit vox impia dīri,
 Qui mortis tū causa fuit; nam credula, postquā
 Rupit sacrilegis præscriptum morsibus Eua,
 Experti iam docta malī, consortia culpæ
 Quarit; & incautum fraudis male gnara maritū
 Qua periit prior arte petit; sic hoste subactus
 A gemino cedit sceleri miserabilis Adam;
 Pomaq; degustat sacri plenissima succi.
 Sed quia legis in his suberant præscripta seueræ
 Plusquā vipereo mortē adlatura veneno,
 Ut primum illicito violarunt ora sapore,
 Confestim sensere nefas, facinusq; peractum
 Creuit,

Deorū varie
tas vnde.

Adetrāsgres
sio. Gen. 3.

Creuit, & ignaro percussit pectora sensu.
Hinc timor inde pudor, sumpserunt primitus ortu.
Nam dum corda homines celsarum conscia reru
Et caelo tantum rectoque intenta gerentes,
Pectora ad excelsum ferrent conuersa parente:
Dum secretorum miracula diuinorum
Claro incorporeae mentis splendore notarent;
Nondum contigerat membrorum cura suorum,
Quos ubi deseruit vitae vigor ille perennis,
Iam morte affectos; demum frigusque calorque
Aeriae subiere vices: ac vestis egenos
Se primum sensere homines: sexuque latenter
Erubere suo taciti miserabile questu.
Idcirco umbrosae est folijs noua tegmina fici
Decerptis texunt, post culpam, mente receptum
Corpore velato denudatura pudorem.
Nec satis: ignorant quid agant, qua crimen iniustum
Seque ipsos fugiant: cuperent si forte pateret,
Condere se barathro: usque adeo cotermina poene
Culpa sua est: ut iam miseros mortale pauentes
Mortis imago iuuat: syluas umbrosaque lustra
Obtendunt vanis solatia falsa tenebris.
Nam quod te timidum fas est subducere corpus?
Tete

Tete inquā quæ mox vili de puluere fecit
 Virtus viua patris, mundiꝝ abscondita, præsens
 Implet; et in penitos exit diffusa recessus.
 Tu' ne potes dominum fugiens euadere; tu' ne
 Omnia cernentem sperasti posse latere;
 Ut vastis iaceas tenebris, cælabere nunquam.
 Ergo vbi peccati genitus pudor attigit Adam
 Querentē latebras, mox audiūt, heus vbi es Adā. *Adā vbi es?*
 Quid vero est quod te quærit Deus, inscius an' ne id *Gen. 3.*
 Forte rogat quē nec domino subducere summo
 Vel mors ipsa potest, fragili quam mente subisti.
 Quur vbi sis quærit nisi quod te morte doloris
 Lapsam sponte tua, secum non esse fatetur;
 Et cœlo cecidisse sacro; sed sancta parentis
 Desperare vetat pietas; clementia cuius *Dei clemētia*
 (Fas dixisse mihi, fas sit quoque dicta probasse;
 Iustitiam excedit; nec tam me voce seuera
 Corripiens, vbi sis, trepido quid pectore quæris,
 Terret; quā recreat quod adhuc post crimina lapsum
 Immersumque metu latebris, ac pene sepultum,
 Euocat & reuocat; ne verò exempla petantur
 Longius, ostendit culpæ donatio mitem.
 Postquā excussa reos manifestat caussa parentes
 o Incepere

Incepere Deo cœlum, mare, terra loquenti
 Contremere, & vastos concussa aperire recessus.
 Dumq̄ reos punit sententia, tartara condit.
 Quandoquidē nostris visum est decedere iussis,
Serpētiscōdē Iam mihi iusta nouos feriet censura nocentes.
natio. Gen. 3. Principio inter totius uiuentia mundi
 Tu maledictus eris: & peior quam tegis intus
 Inuida mēs coluber: qui cœli in claustra vehēdos
 Deiecisti homines: vetita sc̄q̄ attingere fruges
 Fraude tua impulsis præduræ mortis origo es.
 Ergo vt digna nefas pœnæ mensura sequatur,
Super pectus Ex quo hominē terræ immersti, tu stratus iniquo
tuū gradieris Membra solo, duram sulcabis pectore terram.
& terrā comedes cūctis Et vetitos tentare cibos quia feceris, hinc iam
diebus vitæ Vilis semper edes squalentia viscera terræ.
tua. Gen. 3. Et quia te dignæ placuit tibi primus vt esses
 Inuentor mortis: pœna moriere perenni.
 Humanicq̄ odium generis specialiter in te
 Ac genus omne tuum bello experiere potenti.
 Perpetuumq̄ tui mors vt tibi longa, timorem
 Esse dabo: pedibus repes & pectore pronos
Pœnam inimi- Teq̄ tuo mulier perimet cum semine, cuius
citias inter te Callidus extremis tantum insidiabere plantis.
& mulierē. *Gen. 3.* Vt trepidans

Vt trepidans etiam capiti vestigia figat.
 Dixit, & exanguem sic est exorsus in Euam.
 Et tu quæ minimo solam te perdere fructu
 Non contēta, virum similes temeraria in ausus
 Traxisti: instar eris famulæ: subiectaq; duros
 Arbitrium sensura viri patiere labores.
 Casibus & verò (inceptum quoniã prior ausa es
 Multiplicare nefas,) semper versabere multis.
 Et pariens crebris adè torquebere natis,
 Vt quos mortales faciet tua culpa creari,
 Mortis nonnūquã laceræ sint caussa parenti.
 Tu quoq; cui monitus nostros & prima salutis
 Vincula fœmineis postponere fraudibus auso
 Sponte mori placuit: talem reus excipe sortem.
 Criminibus tellus quam tu sulcabis aratro
 Sit maledicta tuis: spinas, tribulosq; minaces
 Culta ferat: fallatq; tuū spes improba votum.
 Nec tibi terra fidem seruet, tu viuere lætus
 His in delitijs, & cunctis viuere seclis
 Sponte recusasti: duro nunc viue labore,
 Perpetuū quoq; viue miser: dum lenta senectus
 In terram te restituat, terræq; recondat.
 Dixit & ignaros ne cœli iniuria lædat

*Eue cōdena-
tio. Gen. 3.*

*Ade cōdem-
natio. Gen. 3.*

Veste tegit pecudum miserens: vitamq; tueri
 Edocet: & ne iterum similes exiret in ausus
 Infaustum mortis formidine percutit Adam.
 At ne perpetuam vitali ex arbore vitam
 Protraherent: miserofq; reos grauiora manerent
 Supplicia: in tantis nimium diuturna periclis

*Expulsio pri
 morū parēū
 a paradiso.
 Gen. 3.* Tempora ducentes, dirisq; obnoxia pœnis:
 Continuo sacris iussos decedere lucis
 Expellunt venti, nemoris quos sylua profundi
 Concitat: atq; illos libranti turbine nexos
 Aura vehens sacra Paradisi ab sede repellit.
 Ergo hinc eiekti iuuenes, terrisq; relati
 Perdita dimissi suspirant gaudia luci,
 Expertes tanti spacij expertesq; pericli:
 Sed non expertes agitat qui corda doloris.
 Quò ruerint, quid perdiderint, que vita sequatur,
 Quæ fuerit, tacita tristes in mente volutant.
 Porro etiam quid se supremo in fine futurū est,
 Hærent solliciti: sibi num grauiora supersunt,
 Nulla ne spes superet miseris: num morte perēni
 Perdant quod superest: an quū via mortis amare
 Per lignum ingruerit mundo populisq; futuris
 Possit adhuc aliquod per lignum vita redire,

FINIS LIB. PRIMI.

CLAVDII MARIÏ VI

ctoris Massiliensis Oratoris com
mentariorum in Genesin

LIBER SECVNDVS.



Actenus archanam seriem, primordia
mundi,

Vt sincera fides docuit, sine fraude cu
curri:

Dum dignis læto vicis terrena carerent.
Nunc hominum mores, et iam mortalia versu
Aggresso, omnipotens vires Deus adde poetæ.
Postquã sacratis decedere iussus vterq;
Sedibus ac regnis, genitalia contigit arua;
Inq; sua stetit exul humo; mirabile quali
Ore rudes stupeant tam barbara rura coloni,
Quæ non frugifera distinctaq; arbore vernant.
Nec species placet vlla soli, nam mixta coacto
Pondere congeries confusa mole locatur.
Ardua, caute rigen t; syluis depressa laborant
Plana, carentq; herbis; hor rescunt edita dumis.
Heu qb? hæc spectât oculis, quo pectore cernût,
Quorû animis Paradisus ıest; quę causa doloris
Vna subest; dum cunctorû iam plena malorum

o 3 Sepandit

Se pandit facies, longe tristissima, post tot
Delicias Paradise tuas: & amœna locorum
Gaudia fertiliū: quorum vanissima præfens
Semper adest, tristesc̃q; animos idea fatigat.
Nunc honor ille sacri nemoris maiore sereno
Irradiat, nunc diuitias succurrit ademptas
Sylua beata tuas: nunc pomi dulcior vsus,
Nectareusq; sapor: viuīs nunc floribus halans
Tellus, absenti tristes contristat odore.
O quàm nō eadē (exclamāt) Paradise rependis:
Imo etiā quāto præ illis hæc dona beatis
Delicijs, peiora facis: sic tristibus illis
Iam vitæ perit almus amor, penuria rerum
Insinuat iam dulce mori: ne maior egestas
Occurrat grauiore malo: nam viscera terræ
Scrutari vesana fames, & quærere cogit
Qua steriles dat sylua dapes: adeo vsq; malignis
Herbarū dubias passim radicibus escas
Explorare iuuat, ventremq; explere latrantem.
Tandem cunctarū quibus indiget vsus egenos
Atq; inopes rerum, docuit fors vltima summi
Auxiliū sperare patris: tum stratus vterq;
Membra solo, lachrymis tantum mutoc̃q; dolore
Quæ

Quæ nequeunt verbis poscunt solatia votis:
Dum pudor internis subducit verba querelis.
Ergo vbi cognouit mutæ sibi reddita linguæ
Munera, confurgens tali prece supplicat Adam
Omnipotens auctor mundi, rerumq; creator,
Quæ mihi labe mali insensum atq; audacib⁹ ausis
Constitui, foelix olim dum vita maneret,
Et celeres animos visu super astra daretur
Possè sequi, late circum perq; omnia fuso:
Hos ego quur oculos tua quodã archana tuentes,
Vel iam nõ habeo, vel magna ex parte minutos,
Et tetro clausos terreni carceris antro,
Vt iam nil veri præter mortalia quedam, &
Fluxa videre datũ ac mundũ in peiora labantẽ:
Atq; ideo omnipotẽs qui semper totus vbiq; es,
Ad te confugimus, trepida te mente precamur,
Exaudi miseros, quos semper cernis & audis,
Quum me olim parti damnatæ adnectere vellet
Ille caput scelerum, mundi insensissimus hostis:
Nil per se solum ne victus cederet, ausus,
Serpentis formam accipiens, & cõiugis illa
Arma meæ, duro confecit vulnere; sic nos

o 4 Artificis

Artificis scelerum fraus impr ouisa subegit.
 Quumq̄ ego damnarer iusta pro crimine pœna,
 Agnouit culpam tanto mens ic̄ta dolore:
 Vt mihi me de me pœnam præbere putarem.
 Idcirco & gemitus pœnæ, lachrymasq̄ negaui.
 Amplexusq̄ animo solatia dulcía pœnæ
 Hanc ipsam posthæc sacra inter munera ponens
 Pro venia sceleris: non iam detrecto labores
 Quoscūq̄ addideris: tamē interea optime iudex
 Si iuuat, exaudi nīl in tua iussa precantes.
 Nec iā istud lachrymis & mœsta voce precamur,
 Iudicij censura tuī quò se illa resoluat:
 Tota sed vt plenas teneat sententia vires.
 Iussisti mota victum me quærere gleba,
 Et steriles spinas sparsa pro fruge leuandas
 Dixisti, & tribulos pro fructibus, ergo serēda est
 Vt fallat mea vota seges quæsitā labore.
 Noscere da quæ sint segetes, quo more serendæ.
 Fructiferæ quæ sint herbæ, quæ forma laboris:
 Da pater auxilium miserēs, h̄scq̄ imbue sensus:
 Tunc erit vt rerum compos, & certa salutis
 Seruiat Eua mihi, sæuumq̄ experta parentis
 Supplicium pariat populos vt crimine nostro
Plectantur

Plectantur, purgetq; patrum peccata, nepotum
Mortibus æternam faciens successio pœnam.
Interea dum sic orant, serpentis imago
Indice visa metu tacito se tramite ferre
Leniter ad molles spiris reptantibus herbas,
In se conuertit trepidos: diriq; doloris
Excussas odio cognatas traxit in iras.
Et prior Eua viro. Si te suprema malorum
Causa mouet, rape saxa manu, dat ecce facultas
Auctorem læti læto dare, callidus ille
Supplicij doceat proprijs & morte cruenta
Quàm sit triste mori, qui me male perdidit & te.
Dixit, & elapsum cursu petrisq; secuta est
Missilibus: quin & duras per robora cautes
Quò se reptando condebat callidus anguis,
Ambo proijciunt: quarum rigido vna lacerto
In nudum casu silicem dimissa resultat,
Scintillamq; ciet: sicco quæ è fomite nata
Exijt in flammam, & crinita incendia latè
Extendens tota iam sylua ardebat adepta.
Hic horrent, latebrasq; gradu trepidante requirunt.
Sed pavidos stupor ipse tenet: curamq; sagacem
Inijcit insolitæ flammæ: quam cernere rursus
o s Et timidi

Et t̄m̄idi spectare volunt. Paulum ergo remoti
Telluris dorso sterilis mirantur opacas
Defluxisse comas, nemorumq̄ horrere fauillas,
Fuscariq̄ diem, totas splendescere terras,
Et lucem sub sole nouam: nec mente quieta
Accipiunt crepitus stridentibus vndiq̄ syluis,
Vndantescq̄ globos flammaram, in sidera latos,
Nec quòd radices immerfus tendit in imas
Ignis edax penitus: sumpto quo victa calore
Terra suas pandit generosa ad munera venas.
Quæ quum iam cuncto siccata liquore fuisset
Mox fieri liquor incepit: riuiscq̄ metalla
Fundere quæq̄ suis, fuluo hinc torrente coruscat
Auri summus honos: candenti lacte renidens
Effluit argentum, rigor æris lubricus errat:
Et coit in mollem resoluta corpore massam.
Vis breuibus formã ardentis cõprenderè syluæ:
Sulphureæ volitant nemoris per opaca fauillæ,
Nõ aliter quàm dũ ruptis sicca Aethna caminis
Egerit immixtis stridentia sulphura flammis:
Tum se decoctis tellus pinguißima glebis
In fœtus mouit varios quos imbre marito
Parturiens putri dissoluit rura meatu,

Qua

Qua tumidi crepuere sinus, elataq; messis
 Extitit, & motis vndans trepidauit ariftis:
 Disceret vt speciem segetis nouus accola¹ cultæ,
 Nil tamẽ hinc longus quidquã sibi vëdicet vsus,
 Nil casus virtutis inops, Deus omnia nosse
 Quę bona sunt cum luce dedit: mundoq; minori
 Quidquid maior habet sacro innotescere sensu
 Secq; per hæc voluit: quòd si illibata maneret
 Vt data mens homini est, nulliq; obnoxia culpæ:
 Non illam species, non illam corpora rerum,
 Nõ modus astrorum, numerus nec mollis arene
 Falleret, aut quantis cum magno terra profundo
 Extensa est spacijs: aut quæ mensura peractæ est
 Molis: quid resonet motu septemplicis axis
 Armoniaẽ vocale melos: nunc discitur vsu
 Assiduisq; datur studijs: quãquã arte vel vsu
 Quod capimus, domino semper donãtetenemus.
 Et vero ad primos vt se digressa parentes
 Nostra chelys referat, iam quęso attẽdite paucis.
 Pulsus ab augustis Paradisi sedibus Adam,
 Nullum habuit prius officium quã cõiugis vsu, *Adam vero*
 Atq; omnẽ natis operam nauare creandis: *cognouit*
 Ergo vbi prima domus natis iam plena duobus *vxorẽ suam*
 Inter *Euã. Gen. 4.*

Inter tam varios solatia multa labores
 Attulit: atq; nouum se vidit vterq; parentem:
 Multiplicata graues releuauit cura dolores:
 Et spes iam subiit proprijs gaudere ministris
 Ruris in officio: quorum qui maximus æuo,
 Arua Cain duris vertebat pinguia rastris.
Cain. At viuo gaudere lucro dignissimus Abel
Abel. Collibus in nudis, & sicci germine campi
 Innocuas pascebat oues, & lacte parentes.
 Verum expectati sensere vt gaudia fructus
 Diuino intuitivinci sua vota fauore:
 Mox decreuit vterq; sui libamina fructus
 Prima dicare Deo: sacras prior impedit aras
 Frugibus ille nouis: niueo magis hic litat agno:
 Prima sacerdotum species, mox hostia fratris
Abel Christi Impia: sed Christum longe tamen ante figura
figura. Signans. Perpetuus nam quū foret ille sacerdos
 Summi Melchisedech ex ordine: protinus in se
 Conflata inuidia, & fratrum liuore suorum est
 Hostia saluifica dum pendet ab arbore factus:
 Sic olim ante sui præsensit candidus Abel
 Inuidiam fratris: nam quum de fruge litasset
 Iste sua: niueo ille agno, mox protinus altum
In coelum

In cœlum ascendit combusto fumus ab agno;
 At contra per inane volans de frugibus illis
 In terram redijt fugienti fumus olympo;
 Aut quod peiores domino sacrauerat, aut quòd
 Illi non gratum est animo quod prodit auaro.
 Inde Cain tamen insanas flammatur in iras
 Inuidiæ ducens illo de fonte venenum
 Vnde propinarat serpens; fratremq; cauendi
 Ignarum sæua mactatum cæde trucidat.
 Heu facinus, quòd non miseros furiosa libido,
 Quòd non ira, recens odiũ, & vis improba cogit?
 Quid meret innocuus frater? n um sanctior ille
 Quòd fuit, interim meruit? iam facta parentum
 Non est posteritas quòd quidquã accuset, & ipsi
 Flagitiũ addidimus; iãq; est quod callidus anguis
 Obijciat, si fors illum accusare velimus,
 Quod morimur; nãq; ad cumulũ p̄ma illa ppago
 Criminis, adiecit mortem; culpamq; parentum
 Inductam mundo (horrendum est id dicere) fecit
 Impietas scelus esse nouum, sic impie, sic tu
 Dire Cain primore nouum cæde inficis orbem;
 Pro qua perpetuas pœnas iam morte solutus
 Aeternumq; dabis, longe serpente nephando
 Deterior,

*Inuidia Cain
in Abel. Ge. 4*

*Abel mors.
Apostrophe.*

*Cain primus
mortis illa-
tor.*

Deterior, tua metimur si crimina, namq̃
 Attulit ille necem nobis, non intulit, at nos
 Cœpimus adlatam; tu vero hanc primitus infers;
 Tanto illo peior, vitari publicus hostis
 Quòd potuit; tu priuatus nulla arte caueri
 Iam poteras; quis enim dilecto a fratre timeret?
 At vero nulla est hominis tam dira nephandi
 Culpa, Deus quã non animo clemente remittat,
 Si modo pœniteat facti; quod teste Caino
 Accipimus; quem tunc fraterna cæde madentẽ
 Non indignũ habuit (tanta est clementia) sese
 Corruptore Deus, quin blanda voce rogatum
 Frater vbi suus ille foret, facinusq̃ negantem,
 Arguit, & leuiter tanto pro crimine punit.
 Nã profugũ tantũ atq̃ extorrẽ ab vtroq̃ parẽte
 Longius amandat, uastafq̃ relegat in oras;
 Et iubet à patrijs confestim excedere terris;
 Hac etiam longe misero fœliciter in re
 Gratificans; grauior nã multo est pœna videri
 Inter fœlices, & pura mente beatos
 Victuro post supplicium, factiq̃ pudorem.
 Vtq̃ sit exilium leuius, comes additur vxor
 Fida reo forsan ne desperatio solum

Arriperet;

Pœna Cain.

Arriperet: tū etiā quæ duras pectoris ægri
 Molliret curas, & moto corpore fractum
 Sisteret amplexu, nulliq; obnoxia culpæ
 Et dominū votis & pura mente colendo,
 Eliceret quidquid possit fatis esse duobus.
 Sic multa extorres comitatur gratia: quorum
 Auxit multiplicans per nomina mille nepotum
 Progeniem Deus omnipotēs: regēq; Cainū
 Esse dedit populis, quos cingere mœnibus vrbes
 Erudijt, prælonga videns in tempora natos.
 Interea mœsto rursus grauis Eua marito *Gen. 5.*
 Pensarat primū sancto iam pignore dānum:
 Reddideratq; iterum nata iam prole parenti
 Multiplices animi curas, & mixta labore
 Gaudia: Seth puero nomen fecere, vice Abel *Seth.*
 Quē dedit omnipotēs illis Deus: vnde secuta est
 Posteritas, cuius de semine prodijt Enos, *Enos.*
 Qui primus tacita lectus virtute sacerdos,
 Posse ciere pijs precibus votoq; potentem
 Sperauit, meruitq; Deum, populumq; secutum
 Imbuit æterni cultū seruare parentis.
 Cuius de serie pollens virtutibus Enoch *Enoch.*
 Descendens, meritis etiam non impar auitis.
 Redditus

Reddītus in sedes patrias orbemq̄ beatum,
 Viuit adhuc, & habet vitæ iam regna futuræ.
 Hic iusti proauis Noe: sub tempora cuius
 Infecit totum studijs concordibus orbem
 Culpa frequens, vicijſq̄ sequens adiunxit auitis
Vita hominū breuiatur. Posteritas vicium: quapropter mille per annos
 Aut prope, maiores, quum viuere conſueuiſſent:
 Ne peruerſi hominū mores creſcentibus annis
 Augmentum acciperent, vitijſ vt terminus eſſet.
 Maximavita hoīm luſtra ad duodena redacta eſt
Gene. 6. Namq̄ Cainigenū quū ſe coniuncta prophanis
 Damnaffet thalamis in peius prona iuuentus:
 In varium facinus ſuperum deſerta fauore
 Proſilit, inq̄ omnes currit temeraria lapſus.
 Tum Deus auerſo tā multa ob crimina mundo
 Confestim inſenſus voces erumpit in iſtas.
Nō permanebit ſpiritus meus in hoīe in æternum. Nequaquā poſthęc humana in gente manebit
 Spiritus ille meus: vitam nec proferet vltra:
 Viuere biſſenos decies contenta per annos
Gen. 6. Vita nocens hominum: quoniam terrena ſequuti
 Plus carnis quā mentis habent: ſic ergo ſeuera
 Aei conſtituit tempus ſententia certum
 Iudicis immoti: longæ ne tempora vitæ
 Criminis

Criminis augendi caussam præstare valerent.
 Flagitij quid enim iam non auderet iniqui
 Impia gens hominũ: nam magna mole gigãtes
 Monstra horrenda hominũ vario de semine nati
 Nil non audebãt: queis vna & maxima virtus
 Non fore ad extremum prauos: quos dira libido
 Crimen in oẽ trahẽs nullas sine sanguine noctes,
 Aut sine cæde dies vnquam ductare sinebat:
 Immemores iuris diuini, hominumq̃, suiq̃,
 Affectusq̃ p̃ij, natrumq̃, patrumq̃ suorum,
 Autorisq̃ Dei: tantũq̃ in crimina summa
 Processum est, hoies dominũ vt formasse pigeret:
 Vt peruersa etiam Deus ob peccata nocentum
 Criminis expertes animas conuoluere vellet:
 Atq̃ superfusis terras immergere lymphis:
 Rursus in antiquã mundo redeunte figurã.
 Vnus erat Noë iustus quem propter in iras
 Differret prodire Deus: quem vita fidelis
 Iam per quingentos immunem criminis annos *Noe p̃bitas.*
 Duxerat, & sancta degentem in lege probarat.
 Cui sic sancta Deus pandens archana reuelat.
 Iamq̃ hominũ vitijs infectũ turpibus omnẽ
 Aëra cum terris in deteriora relapsis
 p Eluere,

Eluere, & tumido visum est submergere ponto:
 Vt dum cuncta ruens operit, iussusq; residit
 Gurgite præcipiti, pollutum diluat orbem,
 Implicitosq; hoies: & quidquid viuere iussum est
 Causa hominũ, inflati conuoluat labe profundi.
 Sed quia tu solus cui cordi nostra voluntas,
 Deuotum sanctis duxisti legibus æuum,
 Peruersis semper voto meliore repugnans:
 Sic decretorũ moderabor iura meorũ,
 Vt mihi quũ iustas luerit gens impia pœnas,
 Purgatæq; orbis feces: tum dignius à te
 Incipiat mortale genus: summũq; parentem
 Te numerent populi posthęc qui tempora viuēt.
 Quadratis igitur trabibus contexta paretur
 Archa tibi, cubitis sed quæ sit longa trecentis;
 Lata quater denis denos super: aëra in altum
 Ter denis surgens: cubitali ornata fenestra.
 Insuper à læua ponatur ianua parte.
 Tunc calidũ bibula spirans cõpage bitumen
 Exploret tenues & vestiati vndiq; rimas.
 Quumq; triplex spaciũ discreuerit area duplex,
 Sic discernantur proprijs animantia nidis
 Ne violent permixta genus, cõmissaq; pugnent
 Confundatq;

Archa dilu-
 uij. Gene. 6.

Confundantq̄ cibos, quorum te condere par est

Tantum materiem: nam dispensata receptis

Ne desit, præstare meum est. Hæc mente fideli

Noe concipiens (nam animũ sensumq̄ ministras,

Velle & posse dabat famulo, quodcũq̄ iubebat.)

Iussu opus adgreditur, densas p̄sternere sylvas

Incipiens, atq̄ annosas proscindere quercus.

*Noe archam
aggreditur.*

Admittunt luci radios, vmbriq̄ leuatur

Campus, & æquæuo spoliantur robore valles.

Sed quum tam multo fuerit properata labore

Summa operis cœpti centum differtur in annos,

Vt bona vita sequens, vitæ delicta prioris

Emendet, mutetq̄ feros gens impia mores.

O miseri quos tam iustæ dilatio poenæ

Plus facit esse reos: nec iam pro crimine tantum

Præterito, at longe grauius plectentur, ob ipsum

Temporis indulti spaciũ, veniamq̄ neglectam:

Quum testaretur se parcere malle reuersis

Tempore dilato dominus. Iam mole peracta

Machina constabat laterum compage capaci

Diffugiũ quod supremum pater ipse pararat

Naufragijs natura tuis, rapidisq̄ fluentis.

Tum Deus è celso famulum dignatus olympo

p 2 Voce

Gen. 3.

Voce monet Noë summum iam tempus adesse,
 Condere se latebris, natos cum vxore, nurusq;
 Eripere instanti exitio, mortisq; tenebris:
 Cunctaq; viuificis animalia reddere claustris:
 Siue ea terra fouet, seu clarus sustinet aër,
 Singula de mundis septena, & singula bina
 Ex his quæ sacris minus apta, immūda vocātur.
 Nec mora fit, qui dquid conuexo cardine cœli
 Nascitur, ignotum diuersis partibus orbis,
 Quod stupet Eous, quod pallidus horret Iberus,
 Australis *Libyæ* calidis quod nutrit harenis,
 Scindit Hyperboreas miro quod lumine noctes
 Festinat trepidans: & apertæ immergitur arcæ.
 Diluuium dicas iam præsensisse, Deoq;
 Authori parere suo: & pecudes ratione carentes
 Plus quàm imprudentes homines ratione valere,
 Et si nil sapiunt. Ergo omni semine vitæ
 Prægravidā vt primū claudī Deus imperat archā,
 Nox ruit, & subitæ cœlum obduxere tenebræ,
 Effusoq; cadens terras ferit aëre nymbus.
 Gen. 7. Et furit, & toto pariter defauit in orbe.
 Nec satis excidio est, qui nubibus effluit imber:
 Antiquæ laxantur aquæ, iamq; æthere aperto
In nubes

Diluuij de=
scriptio.

Gen. 7.

In nubes vacuas cœlum pluit: & referata
Defluit in lymphas mundus cœlestis abyſſo:
Atq; nouos pandit fontes torrentibus æquos.
Dumq; vno immixtum raptim se gurgite iungit
Quod cœlũ, quod terravomit, quod nubila fūdũ,
Iuuoluit mersos mixti s cultoribus agros,
Implicitosq; greges stabulis, cum ciuibus vrbes,
Obruit inter aquas: populiq; natante ruina
Nulla manet rerum facies: tegit omnia flumen:
Crescendoq; suum perdunt & flumina nomen.
Mox etiam cursum, nullis satiabilis vnquam
Annibus oceanus: tam magna mole ruentes
Iam perſentit aquas: aucto quas gurgite maior
Pellit, & in cumulum redeuntes surgere cogit.
Donec contractis æstum attollente profundo
Vndiq; littoribus summo se circite iungit
Fluctus, & oppressis concurrunt æquora terris.
Et iam terquinis super omnia celsior vlnis
Archia ferebatur: namq; hæc mensura supremos
Excessit montes, cum quadraginta diebus
Vnius pluuiæ furor, & mors vna fuisset.
Ter quinquagenis dehinc solibus aëre sudo
Conſimilis ponti modus & mensura remansit.

p 3 Dum

Dum pater omnipotēs iam dudū in carcere gētis
Conclusæ miserens, terris abscedere magnum
Paulatim iussit pelagus, sensimq̄ relabi:
Ne raptim fugiens terras subuerteret omnes:
Et stabilem in sedem tellus vt sicca mearet.
Deniq̄ diffuso planus mox aëre vertex
Prodere se cœpit: pedetentim & summa videri
Posse iuga, ac planos scopulis descēdere fluctus:
Cumq̄ residenti sensim prorumpere syluas
Aequore, & occultos paulatim surgere colles.
Iamq̄ niger patula speculator missus ab archa
Aëra reppererat placidum, prædaq̄ reperta
Non iam curabat consueta in claustra reuerti:
Ergo emissa semel vitali è sede columba
Nil referens certi, rursus dimissa reportat,
Paciferæ frugis paruum libamen oliuæ.
Tantus ad indiciū hoc magni cū laude parentis
Captiuūm fletus, quo se gaudere reuelant
Exoritur: quantus muris quū victor acerbus
Insultat subitum obsessis, si forte feratur
Auxilium: quantus quū iudice missa modesto
Addictos rursus vitæ sententiā reddit:
Quantus in ambiguū funus quū vita recurrit

Inter

Inter lugentum lachrymas & gaudia fletus:
Postea quā rursus speculatrix arua patere
Nunciat, hoc ipso terris quòd missa receptis
Non redijt, tædet pigras perferre latebras:
Et iuuat ad cœli ventos spirare patentis:
Atq; animam ætherio laxatam pascere sensu.
Sed nulli claustro fas est exire patienti,
Donec relliquias illuc qui iusserat orbis
Ingredier, iubeat sacris excedere claustris,
Cœlitus admonitum fida cum coniuge Noë,
Cūq; domo, & natis pariter nuribusq; pudicis:
Et noua deductis iterum dare rura colonis:
Cunctaq; succidua seruata animantia proli,
Iam captiua diu claustris emittere apertis,
Quæ bonus humanos opifex seruarat inuisus:
Quæ postquā data porta, ruunt: pars aëra pennis,
Pars saltus, syluasq; petunt: pars merfa cauernis
Infoditur, patulis: terræ pars libera campis,
Exultat siccis, & prato vernat aperto.
At vero mundi sortitus regna secundi
Cuncta oculis Noë lustrans, ac mente capaci
Accipiens, animumq; volens saturare replendo:
Cuncta haurit, rapido perlustrans omnia visu.

p 4 Miraturq;

Miraturq̄ nouum solito fulgentior orbem
 Tum mage sol rutilus; ridet maiore sereno
 Læta poli facies; & desperata virescunt
 Fœtibus arua nouis; sed adhuc versatur imago
 Ante oculos, tantæ semper memoranda ruinae,
 Inter aquas quid pertulerint: quid munere sacro
 Non etiam tulerint, fremeret quã verbere sæuo
 Pontus; & illisfas contemneret archa procellas.
 Cumq̄ suis Noe quã prompta & lata reuoluit
 Se circum summi fuerit largito patris.
 Cogit & attonitos mirari ac voluere secum,
 Vnde tot esca animis toto suffecerit anno:
 Quis potus, namq̄ hoc constat si cætera vitæ
 Suppeterent, clausos dum fluctuat archa perire
 Inter aquas potuisse siti; nisi rector olympi
 Humano prorsum auxilio, donoq̄ carentes
 Sustinuisset, eo quo condidit omnia nutu.
 Ille etenim longe perituros carcere noctis
 Affectu lucis spolians, virtute repleuit.
 Ille vt tam segnem possint perferre quietem,
 Infudit pigri placidum torporis amorem:
 Iam quid enim nõ omnipotēs sua dextera possit,
 Qui gelidi raptim mersos sub gurgitis vndas
Quum

Quñ visum est ardere facit: flāmasq; sub ipsas
 Algere inuectos: & qui nunc tempore paruo
 Posse perire homines docuit mergentibus vndis
 Ostendet flammis atq; vndis posse renasci.

FINIS LIB. SECVNDI.

CLAVDII MARIIVS

ctoris Oratoris Massiliensis com
 mentariorum in Genesin

LIBER TERTIVS.



Alia mente gerens venturaq; secula *Gene. s.*
 cernens

Nō prius officij quidquā seruat⁹ inire
 Cōstituit: quā sacra Deo laudesq; re
 pendat,

Gratesq; euaso referat discrimine Noë.

Mox niueo sacra exurgunt altaria saxo:

Agnouitq; hæc prima recens altaria mundus:

Antea totus enim conuexo tramite cœli

Templū mūdus erat, tū dudū ad sacra paratis

Affuit è gregibus septenis hostia præceps:

Seu volucrū ex specie, mollis quas sustinet aër:

Siue ex ijs quæ terra parit: nā septima quæq;

Aris sternuntur deuota animalia sacris,

p s Aethereo

*Primū altare
 Deo sacrū.*

Aethereo tūm mox ignis demissus olympo
 Libat odoratos ad sacra altaria foetus:
 Ambrosiumq; Deo flagrant holocausta vaporē.
 Et quanquam nostri nil muneris indiget ille
 Deo placent nostra mune Totius mundi dominusq; Deusq; suorum
 Attamen officijs venerari & munere gaudet:
 Qui lymphis tandem sic Noe affatur ademptis:
 Et si parua fuit tanto pro crimine poenae
 Ultio, vindicibus pluuijs, caeloq; refuso
 Tot scelerum damnasse reos, sedemq; nocentem
 Terrarum mage diffuso purgasse profundo:
 Non tamen offensi feriemus verberare tali
 Vltius mortale genus: quāuis ruituras
 Per variūm facinus, per crimina pristina rursum
 Humanas mentes videam, gentesq; profanas:
 Non tamen interea cessabit dextera vindex
 Supplicia iniustis quę reddat, praemia iustis.
 Vos igitur quos vita probat iustissima nobis.
 Crescite & multiplicami Arua, nouosq; greges longis distendite terris:
 ni & replete Seruabunt elementa vices, cunctisq; diebus
 terrā. Gen. 9. Sparsis seminibus reddetur debita messis.
 Curret opus mundi compar, discordibus horis:
Aestati

Aestati certabit hyems: ac tempora librans
Veris & autumnii fugiens replicabitur annus.
Vosq̄ (quibus regnum solidi permisimus orbis)
Tota tremet, metuetq̄ ampli substantia mundi.
Imperiū ecce damus vobis res prorsus in omnes:
Totq̄ inter species rerum quæ sponte mouentur
Carnea mēbra quidem vestros largimur in vsus.
Quanquā interdictum vobis a sanguine viui
Esse volo: quē si quisquā ederit, haud secus acris
Illum iudicij plectet sententia: quā si
Hauerit humana fluidum de cæde cruorem
Quem repetā semper vindex, adeoq̄ requiram,
Vt mihi non solus pendat rationis habundans
Supplicium, sed bruta etiā, cruor omnibus æque
Sit sacer humanus: verum ne postea quisquam
Diluuium metuat, tali sit foedere tutus.
Quum leuis in nebulas pēdēs se verterit humor,
Et nigras cumularit aquas incōcaua nubes,
Effundam radios, & pulchrum circite summo
Arcum componet mihi solis imago recuruum:
Pingentem connexa poli, qui luce colores
Exhibeat varios, & in aera dissipet imbres.
Quod sibi venturi specimen præsumere signi
Posteritas

Posteritas secura potest; vt fœdere tali
 Post hæc diluuium credat non esse timendum.
 Talibus attentis imperiis cū cōiuge Noë
 Post habitas domino grates, laudesq; repensas,
 Certatim & limo dulciq; vligine læta
 Arua pater natiq; simul, queis firmitus æuum,
 Mox subigunt rastris, & semine rura maritant.
 Tum vere effusis latè densissima campis
 Herba virens, flauas quū durauisset aristas,
 Solis ob ardores in frugem lacte gelato
 Reddit multiplicem cumulado fœnore messem.
 Et noua prægrauido iam palmite vinea, diti
 Luxuriat fructu, torta q; ex arbore nectar
 Parturit, & duro nascentia pocula ligno.
Noe inebriat
tar. Forte Deo Noë celebrabat lætus honores
 Indulgens sacris epulis, vinūq; propinans
 Prima è vite nouū; quo demum largius hausto
 Hinc alto grauidus somno mēbrisq; solutis
 Non bene cōposita quū veste iaceret, humiq;
 Prostratus spectanda daret genitalia natis
Cham iniqui
tas. Mēbra suis; vni tibi Cham deterrime risum
 Mouit origo tui; nec iam peccasse fat vni
 Esse tibi credens, fratres aspergine culpæ
 Contendis

Contendis maculare tuæ: sententia multò
 Quos melior, meliorq; animus detecta parentis
 Obiecta docuit celare virilia palla:

Nam patrium auersis manibus texere pudorem
 Sem simul atq; Iaphet, tali dignissima patre
 Pignora, quos ideo fratris dedit esse minoris
 Iure pater dominos somno vinoq; solutus.

Qui mox natorum euigilans benefacta suorum
 Et Cham demeritum tali mercede rependit.

Cham tu inquit, maledictus eris, seruusq; tuorū

*Cham seruus
 fratrum effi-
 citur.*

Aeternum fies ventura in secula fratrum,
 Sem vero benedictus erit: fratremq; minorem

Participem secum cōmuni sede bonorum
 Efficiet, quorum late possessio currat.

Hæc fatus senior quum iā decurreret annos
 Mille minus decies quinos: in pace quieuit.

*Mors et anni
 Noc.*

Interea domini dum sancta in lege vigeret
 Posteritas multis iamq; aucta nepotibus, & se
 Cœlorum ac terrę domino cōmitteret vni;

Tunc sanctis hominum parebant omnia iussis:
 Terra grauis, liquidum pelagus, vegetabilis aër.

Non opus arte illis, cœlesti namq; magistro
 Omnia discebant: sed postquā in crimina mūdus
 Exijt

CL. MARIII VICTORIS

Exijt & late vicijs sese abdidit imis,
 Perdidit insigne hoc munus dānata propago:
 Oblitamq̃ Dei plures effingere diuos
 Non puduit: tanti est supremi obliuio patris.
 Tum grauis inuentor læti cessare capacem
 Fraudis materiem non passus, cuncta maligno
 Subdidit arbitrio, quo fatum induceret orbi,
 Suaderetq̃ Deum vel iam non esse, vel ista
 Inferiora huius cōtemnere munia mundi.
 Ergo res hominū cunctas euentaq̃ rerum
 Quæ domino fuerat par assignare supremo,
 Assignare vagis persuasit subdolus astris:
 Atq̃ auium spectare fibras, motusq̃ volantum,
 Et studio ingenti magice scelus intulit artis.
 Et plures ^{creare} Deos, idolaq̃ muta
 Aut magis idolis latitantem semet in ipsis
 Suasit adorari: multo mage dignus aduri.

Nemroth. Inq̃ nephanda prior descēdit crimina Nemroth
 Impietatis apex, Cham seruo è semine natus,
 Mole & mēte gigas, Babylonia regna gubernās
 Persarum hic animos capiens venator iniquus,
 A veris domini sacris traduxit ad ignem.
 Nec modo plus æquo cupidis hac arte sagaci

Ille

Ille caput scelerū, mundi infensissimus hostis
 Illusit curis hominū, sed mentibus ipsis
 Irruit: & sensus penitus descendit in omnes:
 Mox & in affectus: nā quū patris vnica proles
 Spem generis læto secum traxisset accerbo
 Infœlix Nem roth lachrymas noctesq̃ diesq̃
 Continuans hebetiq̃ trahens plangore querelas
 Dū furit, & raptum quærit per singula natum,
 Effecta mœstum solatur imagine luctum:
 Et pario effectā filij de marmore formam
 Credidit infœlix incluso viuere sensu:
 Et questus audire suos, mox inde dicatis
 Erectisq̃ aris diuinos addit honor es:
 Inq̃ loco iubet esse Dei, tum protinus omnes
 Amplexę gentes scelus hoc, crimencq̃ sequutæ,
 Pro dñs queq̃ suis charos habuere parentes.
 Post etiā simili reges in honore locarunt
 Dixeruntq̃ Deos: quorū sub nomine mendax
 Gracia, dum veris falsa insinuare laborat:
 Addidit obscuras vanis rationibus vmbas,
 Excusans tumulos atq̃ indita nomina bustis:
 Donec per species sese dementia cunctas
 Proderet, & minimis rebus mēbrisq̃ pudendis
Nomen

Initiū Idololatriæ.

Nomen inane Dei mundo ridente daretur:
 Talibus errorum falebris fomenta daturus
 Ambigua inuentor læti responsa ciebat:
 Vfus ad insidias aut igni, aut fonte calenti,
 Aut terra ex antris ventos spirante loquaces:
 Et falsum vani sibi nomen Apollinis indens.
 Talibus à domino gentes trux ille remotas
 Captabat laqueis, quò ducens quumquæ volebat:
 Tanti est à sancto domini discedere cultu.
 At vero egressi vnde sumus, redeamus ad illam
 Maiorum seriem: quæ paucos aucta per annos
 Vsq̄ue adeo excreuit, quòd mox oriente relicto
 Inde nouas alio compulsi quærere sedes,
 In campum (Semnaar veteres dixere) patentem
 Perueniunt: quumquæ his etiam discedere terris,
 Cogitur, in varias partes spargenda iuuentus:
 Coepit in hæc mœstas tristissima verba querelas.
 Heu quam non certus vitæ status ordine coepto
 Fert homines: quàmquæ ignaros vel p̄spera fallūt
 Per varios casus: quàm voti summa petiti
 Tendit in aduersum: iam nos (si dicere fas est)
 Quòd sperata patrū precibus numerosa nepotū
 Creuit turba, piget: quod iam spargēda per orbē
 Exilio

Gene. 11.

Exilio cumulata manus, perituraq; longe
 Finibus a patrijs; nos ergo siccine tandem
 Longa pauperie defecta, inhonoraq; mēbra
 Ignotis dabimus passim tumulanda sepulchris?
 Nec saltem miseri tumulis claudemur auitis?
 Nullaq; erit nostri post mortem fama superstes?
 Quare agite ò iuuenes dū vires turba ministrat
 Quæ vobis superest, quæ finem nesciat vllum
 Egregiam æternis famā dimittite factis:
 Urbem condamus; cuius sub mœnia turrem
 Vsq; attollamus, donec pingentia cœlum
 Sidera, & excelsi conuexa attingat olympi.
 Nescia posteritas vt nos hinc orbe relicto
 In cœlum migrasse putet; sic mota iuuentus
 Contemnunt cautes, & quidquid monte reciso
 Defluit; ac domitæ fictos de viscere terræ
 Constringunt igni lateres, operisq; futuri
 Materiam proprio malunt debere labori:
 Hanc interstratū sic neçit vtrinq; bitumen,
 Vt solidas simulent circumdata mœnia cautes.
 Mox turris properata subit, mox vertice nubes
 Transilit, ac fruitur cœli propiore sereno.
 Tum pater omnipotens cœlesti voce senatum
 q. Congregat

Molitio tur-
 ris Babel.

Congregat angelicum: turbęq; infana superbe
 Facta stupens, isthęc regni consortibus infit.
 En terrena phalanx quo iam temeraria pergit
 Cernitis, & quantos imprudens tendit in ausus.
 Mortali quę structa manu contigere cellos
 Credit posse polos, & ad æthera ducere nostrum.

*Nemo ascen-
 dit in cœlū ni-
 si qui de cœ-
 lo descēdit fi-
 lius hominis.* Quū nemo indutus terreno corpore cœlum,
 Ascendat, nisi qui cœlo descenderit alto.
 Sed quia gens vna est, eadē quoq; forma loquēdi
 In cōponenda persistent turre: nec ante
ioan. 3. Desistent quam mutua opus consensio cœptum
 Finierit: tanta est humanæ infania mentis.
 Ergo agite, (vt vetitū norint qđ posse negatū est)
 Iam descēdamus, tumefactaq; corda superbo
 Consensu varij turbemus vocibus oris:
 Vt quod peccarunt concordis crimine mētis,
 Confusæ damnet melior discordia linguæ.
 Dixit, & intentos operi molemq; leuantes
 Mentibus attonitis subiecta obliuio primum
 Intrat, & ignotæ subijt perfectio linguæ.
 Increpitant operis studio cessante magistri
 Cunctantes socios, sed vocem nemo remittit
 Non intellectis, quod si quis tentat, inane

Sibilat

Sibilat, aut rupti fremitu sermonis anhelat:
 Sic vanum prava susceptum mente laborem
 Destituit frustrata manus: iam nemo propinquū
 Nemo patrē sequitur: quēquiscq; intelligit, addit
 Adglomeratq; sibi, sociumq; adiungere curat.
 Dumq; perit diuisa huius cognatio gentis,
 Gentem lingua facit: sparguntur classibus æquis *Prima gētū
dispersio.*
 Diductasq; petunt vario sub sidere terras.
 Haud aliter volucres campi per mollia plana
 Quas gregibus mixtis errare & quærere victum
 Persuasit secunda dies, quum nocte propinqua
 Frondea tecta petūt: exempto cum grege turba
 Vulgus quæq; suum sequitur, rapidoq; volatu
 Miscētur similis qua duxerit aut color, aut vox:
 Sic tunc in partes populus se dissecat vnus:
 Et species fit quæq; genus, longeq; remotis
 Confidunt terris, atq; orbem gentibus implent
 Nec tamen hoc sacri (quum sit sua poena nocētū)
 Muneris est vacuum: nam quamuis vltio iusta
 Hæc fuerit, quos non tetigit reuerentia cœli
 Quæ sedes propria est mundi rerumq; parentis,
 Vt nec se agnoscant verba inconsueta loquētes:
 Attamē id multū q; raptō hoc fœdere cautū est
 q 2 Ne

Ne quam paucorū attulerat persuasio culpam,
 Cunctorum assensu rursus contingeret omnes:
 Et faceret cōmune nefas: ne praelia dura
 Et rabido populis mors arcessenda furore
 Bellum illis ciuile foret: sic profuit illis
 Inq̄ bonum versa est primæ diuisio linguæ.
 Quāquā nec prorsum sublata Hebræa loquendi
 Consuetudo fuit: quum tunc permanserit oris
 Hebræi sonitus, sermoq̄ antiquus, in illis
 Qui culpæ expertes pars non iniusta fuerunt
 Natorū quos Sem genuit, custodia iusti
 Quos tenuit: dominicq̄ etiā reuerentia summi.
 Sed postquā toto dementia percita mundo
 (Ut taceam magici scelus intolerabile monstri)
 In truncos & saxa etiam duricq̄ metalli
 Arte cauas species, & cassas luce figuras
 Impegit mortale genus: mentesq̄ supernis
 Intentas fregit: terræq̄ addixit inertī,
 Conuoluitq̄ simul fœdæ contagio labis,
 Non secus æthiopum feruentibus excita terris
 Nubila, morborum corrupto tramite cœli
 Dum currunt, quisquis percussus fulmine læti
 Ingemuit, simul ipse ruit, quicumq̄ cadentem
 Conspexit,

Conspexit, cecidit congestaq; funera passim
 Dira lues strauit, camposq; reliquit inanes.
 Sic tunc præcipiti complexos mole furoris
 Ne nihil infectum toto dimitteret orbe
 Cōprendit repetens, quos iam dimiserat error.
 Donec Chaldæi generis de semine Thare Gen. 11.
 Vir iustus metuensq; Dei cum stirpe suorum
 Urbem aliam moresq; nouos, sedemq; requirens
 Mansit in Assyrijs demū nouus accola Carris.
 Qui quadragenis lustris vbi vixit & vno
 Infaustam hanc vitam foelici morte redemit.
 Huic meritis patrē & sanctis virtutibus æquans,
 Aut longè superans, successit filius Abram. Abram.
 Vir cœlo dignus, nam primo a lumine vitæ
 Verum mente Deum venerans, gentilia sacra
 Auersatus erat, quē postquā morte parentis
 Iussa sequi iam posse Dei, sine fraude liquebat:
 His dominus famulū meritis dignatus adire est.
 Quādoquidem toto te solum inuenimus orbe Gen. 12.
 Quem sincera fides iuuat, & reuerentia nostri:
 Linque procul sedes patrias, terramq; nocentem,
 Pollutamq; domum: cognatio tota prophana est Egredere de
terra tua &
cognitione
 Et fugienda tibi; terræ melioris in agros q 3 Meduce tua. Gen. 12.

Me duce peruenies: ne sis pars gentis iniquæ
 Qui sanctæ caput esse potes: tum sacra dicabo
 Quæ maneant benedicta tibi, nomenq; p omnes
 Magnificū reddā populos, bona cuncta repēdēs:
 Et benedictus erit tibi qui benedixerit: at qui
 Qui maledicta tibi conuiciaq; ingeret, ille
 Confestim maledictus erit, benedictio per te
 Spargetur tribubus cunctis, æuoq; futuro.
 Dixit, & imperiis mentē quæ pareat indit,
 Promissisq; pijs credat, mora nulla repente
 Dicto intercedit domini: sed protinus Abram
 Cū gregibus varij generis, famulisq; paternis,
 Coniuge' cū fida, chari cum pignore fratris,
 Cui Loth nomen erat, digressus, limite recto
 Ignotum sibi carpit iter: mollissima lætas
 Præbent arua vias, blandumq; fauētibus austris
 Arridens nullis turbatur motibus aër:
 In Chanaam terras & regna vberrima Sichem
 Donec perueniens, didicit sobolicq; sibiq;
 Isthæc in sortem imperij cessura futuri:
 Vnde Deo supplex deuotas extruit aras,
 Et veteres reuocās, cultor nouus auget honores.
 Inde petit Bethel sedes quæ lecta beati

Hospitijs

Hospitijs sacrata Dei; cunctasq; superbis
 Excessit meritis terras, quandoq; secundo
 Post cœlū numeranda loco; nam sede superna
 Dignior ista Dei, quæ pignus lege salutis
 Emissum mundo tantum mirante paratum,
 Exciperet visa est, hominemq; remitteret astris.
 Hic quoq; solennes Abram pater extruit aruis.
 Et linquenda nouis habitacula ponit in *aruis. aras*
 Namq; fame rursus sedem mutare coactus
 Castra mouet, totāq; domū, famulosq;, gregesq; *Abrāi Aegy*
 Secum agit, & rebus cōmercia iusta rependens *ptū trāsitus.*
 Intrat in Aegyptum; & Sarai appellare sororem *Gen. 12.*
 Mauult quàm vxorē, ne barbara pectora sancti
 Hospitis, in cædem stimulet furiosa libido.
 Vnde & mox Pharaο radiantis imagine formæ
 Ictus inardescit, thalamosq; & fœdera certa
 Lege parat; longos isthæc connubia in annos
 Ducturus, ni longè aliter disponderet ille
 Autor coniugij; cui quū minus ista placerent
 Ecce pauor regi mersa formidine mixtus
 Ingruit, & subito quatit improba corda tumultu;
 Exterretq; animos niger horror & iplicat artus.
 Vt rex sacrilegæ gentis tam tristia vota

q 4 Sentiret

Sentiret damnasse Deum, qui tale profecto
 Consiliū infudit famulis, vt barbarus hostis
 Esse virum Sarai securum agnosceret Abram,
 Quū foret expertus quā nō impune prophano
 Appeteret ferro, quā nec viduare liceret.

Sponte igitur nulla violatam labe marito
 Reddit, & ingent i cumulatam fruge remittit

In Sichem, Bethelēq; suā: quo deinde recepti
 Cum gregibusq; domoq; pater, cū cōiuge salua,
 Exercent campos, & pinguiā pascua late

Genē 13. Immixtis carpunt gregibus: dum iurgia crebra
 Inter pastores patruī nata atq; nepotis:
 Dum non sufficerent capiendis arua duorum
 Armentis angusta nimis: plenissimus ergo
 Abram iustitiæ atq; obseruantissimus æqui
 Quò dirimat lites, & iurgia tollat auara,
 Vt natu maior, concessos diuidit agros:
 Iunior elegit quā dulcibus vndiq; fusis
 Rura maritat aquis, ripisq; vmbtantibus Inter
 Labitur, & teretes saltus Iordanis amœnat.
 Ergo quò fugiat pastorum iurgia ab Abram
 Declinās, iūctos Sodomæ Lothi migrat in agros.
 Quū Deus hac Abrā mœsti spe pectora firmās,
 Ne

Ne mouearis ait fratris quòd prole relicta
 Nunc solus videare tibi: innumerabile vulgus
 Tu mihi solus eris, populiq; idem autor amici
 Suspice quadrifidi partes intentus ad orbis:
 Inspice nunc austrum versus, septemq; triones,
 Quà sol exoritur, quà vespere concidit imo,
 Hæc tibi met, proliq; tuæ, populisq; tuorum,
 Concedam, æternos illis habitanda per annos.
 Queis tu etiam terris longè lateq; fruaris:
 Surge, & quid pateat gressu prius hospite Iustra.
 Hæc ait. Ille libens paret sedemq; relinquens
 Emigrat, Chebronq; subit, subq; ilice nigra
 Ad Mamre querceta pater tentoria figit:
 Hic quoq; solennes domino struit & colit aras.
 Interea magno circum turbante tumultu
 Hostis adest, auidus, varia quem dote referta
 Sollicitat tellus, campis illisa resultat
 Vngula, & effusis errat populator habenis
 Aduersum Sodome, piguissima pascua gentis:
 Loth vero portis cum rege erumpit apertis,
 Et vicina manus regum socia arma ferentum,
 Secū equites peditesq; trahunt, distenditur agmē
 Confligunt acies pariter, sternuntq; caduntq;:

Chebron He
 brei vulgo
 Hebron.

Gen. 14.

q s Sed

Sed turpis Sodomæ luxu emollita iuuentus
 Ut rursus exarsit repetitus clamor in iras,
 Vertunt terga metu: rapido pars mœnia cursu,
 Pars montes, sylvasq; petunt, pars septa cateruis
 Porrigit ignauas ad tristia vincula palmas.
 Ut vero patruus captum Loth audiit Abram,
 Non fletu, quid enim fletus conferret inanis?
 Sed virtute parat fratri succurrere capto.
 Instructos igitur tercentum deligit omni
 De grege bisq; noue famulos, quos an præeuntes
 Insequitur sensim, quâ lentum prodidit hostem
 Tendere præda grauis: quorum de nocte silenti
 Corpora (confluctu dum iam languentia duro
 Irrigat, & fessos dulcis sopor alligat artus)
 Aggreditur, nil venturum sibi tale putantum:
 Ut quum ieiuni rabies vesana leonis
 In pecudum saltu penetrauit septa volucris,
 Et dente atq; pede exanimat, cupidamq; vorandj
 Ira famem superat, dum meta doloris acerbi
 Iamq; ouibus vacuas effecerit vltima caulas.
 Haud secus ille duces somno vinoq; sepultos
 Stertentescq; Abram populos, regescq; trucidat
 Sic tamen vt nullus confundat castra tumultus,
 Nemo

*Abram victo
 ria. Gen. 14.*

Nemo gradū sentit, nisi quē mens deficit & vox.
 Nemo sonum cædis, nisi quē mors excitat audit.
 Sanguine cuncta madent: sicco resoluta sereno
 Tellus tabe coit, gressumq̄ morante cruore
 Lubrica stagnanti titubant vestigia campo.
 Nec tamē omne animās gladijs occūbit apertis,
 Seruantur prædæ: tanta est moderatio iusti
 Victoris: reliquos sparsit fuga turpis, & agros
 Vsq̄ Damascenos instans formido sequuta est.
 At victor tanti nil motus laude triumphī,
 Inter equos, pecudūq̄ greges, populūq̄ receptū,
 Aut captum, gazasq̄, (auido quæ pōdere victos
 Victoresq̄ mouent) nil prorsus concupit horum
 Magnificus, sed enim tanta inter gaudia mitis
 Et varios hominum reputans sub pectore casus,
 Omnes omnino prædas, & præmia belli
 Direptis passim populis, regiūq̄ reseruat:
 Non sibi se pugnasse docens!, decimam tñ offert
 Hostibus excussæ que vera est hostia prædæ,
 Melchisedech, vinumq̄ & panē: ab cede reuerso.
 Melchisedech rex ile Salem, qui munere tali
 Mystica præmisit summi libamina Christi:
 Cuius de manibus sumens ecclesia corpus
 Viuificum

Melchise-
 dech Christi
 figura.

Viuificum panem, cœlesti pota cruore est.
 At vero hostili redeuntem è funere lassum,
 Omnipotens verbis solatur talibus Abram,
 Quandoquidē nullis cupidum te præda subegit
 Illecebris, præcium fidei, mercesq; laborum
 Mecum plena tibi est: tecq; & tua cuncta tuebor,
 Hæredi seruanda tuo, quem germine sero
 Progenitū, magè multo etiā pius autor amabis.
 Nil est quòd metuas hæres tuus ille Damascus
 Ut fuat, ipse tuo cernes de semine natum:
 Accendat cuius patrios infantia sensus:
 Suspice conuexum quàm denso lumine cœlum
 Picta nocte micat: quantis congesta premantur
 Sidera sideribus, numerū quæ obiecta recusent:
 Seminis hoc exemplar habes, stirpisq; futuræ
 Multiplicis formam. Sic fatus finit: at ille
 Credidit, & nudæ fidei consensio sola
 Plenam ad iustitiæ & meriti reputata coronā est.
 Atq; adeò hîc Abrā tāta mercede docemur,
 Quanti sit meriti diuino credere Verbo:
 Demeriti contra quanti non credere: namq; vt
 Credidit hac rursus diuina voce meretur
 Solari: omnipotens dum verbis incipit istis.

Ille

Ego ptector
 tuus sum &
 merces tua
 magna nimis
 Gen. 15.

Credidit
 Abrahā Deo
 & reputatū
 est illi ad iu-
 stitiā. Gen. 15.

Ille ego sum Deus ac dominus, qui teq̄ tuosq̄
 Chaldæa de gente tuli, tandemq̄ paternis
 Exceptum vicij, terra meliore locavi:
 Vt de te genitus populus meus arua beata
 Incolat, & seriem longè lateq̄ propaget,
 Gentibus expulsis, quas fœdo errore parentum
 Sacrilegas ritus olim fecere prophanis:
 Quod cūctabūdis nimium quia credere differs,
 Trinam sume mihi trina iam fronte iuuenam,
 Cum qua par anis blando grege lecta capella,
 Aequæuiscq̄ aries, nostro mactetur honori:
 Casta quoq̄ humanæ turtur coniuncta colūbe.
 At verò volucrum non sentiat hostia ferrum:
 Tantum intermedias pecudes discindere cura:
 Quas sic diductas mundis distinguito arenis,
 Vt membris coeant altrinsecus æmula membra.
 Dixit, at ille Dei monitus seruare libenter
 Assuetus, raptim properat mandata patrare:
 Sed quum dispositam quo iussa erat ordine, terre
 Strauisset seriem, subito manus ingruit atra
 Importunarum prædam infectata volucrum:
 Quæ ne cōtactu violarent sacra prophano,
 Vndiq̄ sollicitus cauet, & circumspicit Abram.
 Sed

Ego dominus
 qui te eduxi
 de Hur Chal
 deorū. Ge. 15

Sed quū opere attonitum tanto, nec sole cadente
 Vinceret officij moles tam magna recepti:
 Ecce niger terror, tremor horridus, & sopor intrat
 Nuncia iussa ferens, venturaq; secula formans.
 Credo, videbatur septum sibi cernere nilum
 Hebrææ gentis populo, serosq; nepotes
 Ingentemq; supra numerum cognoscere turbas:
 Inde truces motus, deductaq; castra suorum,
 Transmissū pelagus, sed gurgite merfa pfundo
 Agmina naufragiū nulla cum classe sequutum:
 Ereptosq; mari Hebræos, dehinc tota beatæ
 Regna Palæstinæ populo patuisse reuerso.
 Talibus attonito visis non defuit almus
 Interpres, prænosce tuos, sobolemq; tuorum
 Inquit, in externis per secula quattuor agris
 Niliaci illius sensuram dira tyranni
 Imperia: at quū tot peregrina expleuerit annos:
 Seruitio eripiam, gentemq; vlciscar iniquam.
 Et reddam terris blando quas gurgite cingunt
 Nilus & Euphrates: sed quū peccata nocentum
 Gentis Amorrhææ populiq; hæc regna tenentis
 Explerint summam scelerū; digniq; paternis
 Sedibus expelli fuerint; at tu tamen ante
Longæuo

Longeuo foelix decedens limite vitæ
 Ploratus natis cum pace & munere nostro
 Ad sanctos migrabis auos; sic fatus, & alto
 Quū iam nox terris densas induceret vmbas
 Signū è monte dedit, confestim fumeus istic
 Apparet clibanus, lampasq; ignita videtur:
 Tum sacras epulas mediūq; inuecta paratum
 Precipiti cursu delibans flamma vorauit.
 Interea certus regni prolisq; futuræ
 Munus adire patris cupit Abram; casta sed vxor
 Abnuī officium, quōd inanem effoeta senectus
 Iamq; vterum sibi fecisset; sed dulce mariti
 Pignus spemq; nouā quacūq; ex pellice fusam
 Esse suam credens, famulam (cui iunior ætas
 Agar nomen erat, tellus Nilotica origo)
 Subrogat in thalamos, p̄cibusq; adgressa maritū,
 Seruili semen concredere perpulit aluo.
 Ast anima vt primum suscepta viuere sensit
 Agar ventris onus, fastu tumefacta superbo
 Despexit dominā; & dominā cui matris amorem
 Debebat, causamq; sui furiosa tumoris.
 Recte igitur flagris hanc vir iustissimus Abram
 Coniugis addixit; quorum magis acta pudore
 In deserta

Gene. 16.

Abrā Agar
cognoscit.Agar insolē
tia.

Agar fugit. In deserta procul secretacq̃ lustra ferarum
 Abditur indignans, quã exul nec spernere cessat:
 Sed rursus obsequio priuãs quod debuit, illam
 Contemnit quo more potest, mauultq̃ pericla
 Desertæ perferre viã: ni missus olympo
 Angelus occurrat, famulamq̃ ad pristina rura
 Restituat miti dominæ, blandoq̃ refectam
 Hortatu, melius iubeat sperare reuersam,
 Et nomen nati doceat, moresq̃ manusq̃,
 Innumerofq̃ greges tali de stirpe futuros:
 Quo maiore redit voto iam certa futuri:
 Et partu dominum fecit prior ipsa parentem.

Gene. 17. Quum iam decursi spacij's foelicibus æui
 Supra octoginta quum sex excluderet annos,
 Ad quos bissexenas quum iustus & insuper vnã
 Adderet estates: solito hunc rursus pater almus
 Alloquio dignatus adit: iussitq̃ senectam
 Ducere foelicem: simul et promissa reuoluit,
 Et quã mercedem expectet: tum corpore pronò
 Abram suppliciter dominum prostratus adorat.
 A quo mox audit firmata voce futurum
 Se patrem innumerae gentis, lateq̃ parentis:
 Et cuius venient etiam de semine reges.

Hoc

Hoc tamen à reliquis iussus discernere signo

Hebræam gentē populis, vt sponte resecta

Carne superuacua se circumcidat, & omnem

Masculi sexus presentemq; atq; futuram

Progeniem: iussus pueros à matre recentes

Atq; rudēs vitæ dum mens ignara dolendi est,

Præputio exutos, octaua luce sacrare.

Quod qui tam sanctum corrūpere testamentum

Auderet, cessans legi inseruire rogatæ:

Exhæres fieret regni, vitæq; futuræ.

At simul vt vero sibi crederet argumento

Venturas aliquādo suo de semine gentes

Innumeras, nomen dominus cōmutat vtriq;.

Non Sarai tibi ait, sed Sarra vocabitur yxor,

Et tu non Abram sed nomine clarior aucto

Venturæ Abraham posthæc vocitabere genti.

Quod cōmune ideo tibi met cū cōiuge vera est

Promissi quoniam (nihil est re certius ista)

Mater erit generis, teq; annum sole remenso

Esse patrem faciet, quāuis ridenda putetis

Virtutis promissa meq; nec vestra senectus

Impediēt, quin diuini sententia iuris

Aeternos semper maneat stabilita per annos.

r Sed

*Circumcisio
mandata.*

Gene. 17.

*Abrā & Sarai
mutantur
nomina.*

*Abrahæ ex
Sarrai filius
promittitur.*

Sed tamen ignoscam dubijs, pueroq̄ futuro
Isaach. Imponam nomen quod culpā hanc arguat Ishac:
 Qui nostri indubie seruato foedere pacti
 Hæres certus erit, cuncta cum stirpe suorū.
Ismael. Nec tamen Ismael Agar de femine natus
 Expers dotis erit: nostro nam munere fultus
 Milia multa virūm de se ventura potentum,
 Bissenis pariter ducibus regnanda creabit:
 Dixit, at ille auidus pactū accelerare receptum
 Iam centum pulsans annos, iam pubere nato.
 Se primum, gnatūq̄ suū, cunctosq̄ clientes
 Ac famulos oēs quo iussum est stigmatē signat.
 Et populū facit esse nouū, fontemq̄ piorum:
 Vna eademq̄ via, tanta est deuotio, legem
 Accipiens explensq̄ fidē: Quid nō meret ergo
 Tam præsens veloxq̄ fides: nā non timor istud
 Sed syncerus amor famulicq̄ probatio iusti est.
 Quodlibet imperium placida sic mente subire.
 Vnde Deum sibi promeruit: nempe antea tantū
 Audiri solitus, meritum post tale ministri
 Iam patitur cerni: quumq̄ indignatio iusta
 Ultorem stimul et, mortales non tamen ille
 Respuit aspectus: nam quum damnare pararet
 Crimina

Crimina terrarum, flammisq̄ abolere nocentes,
 Aut verum aut qualem norat se posse videri
 Et nomē numerumq̄ Abraham prodidit ipsum.
 Illi nāq̄ domi Mamre in conualle sedenti
 Tres subito apparent augusta luce micantes.
 Abraham tanti stimulat⁹ imagine vīsus
 Procurrit, dominumq̄ solo prostratus adorat:
 Tresq̄ etiam supplex forma veneratur in vna,
 Quis vt, mente pia liceat seruire, precatur:
 Et refici in medios æstus tendentibus horis
 Non dedignentur, famuli mensisq̄ cibisq̄:
 Vsq̄æ adeo vīsus inter sensusq̄ vigentes
 Errabat dubitans hominis substantia an esset,
 Quē norat mens esse Deum, tamē annuit ille,
 Officiūq̄ p̄ij non aspernatus alumni
 Oblatosq̄ cibos, mensasq̄ sacrauit amicas.
 Vt vero ablatis epulis mensisq̄ remotis
 Hospitibus vīsum est illinc discedere, tum mox
 Inde mouēs gressus, lateri comes hæret euntum
 Hospes ouans: tristicq̄ quatit cōcussa pauore
 Pectora, & attonitū venerabilis attrahit horror.
 Quippe videt vultus tacitos, vīsusq̄ seueros,
 In Sodomā dominū iuncta vibrasse Gomorrhā,

Tres Abraham
 uidet et unū
 adorat. Ge. 18

Pacis & emissos famulos, iręq; ministros;
 Et quum cognosset tanta quid mole patraret
 Archanum pandente Deo, caussamq; docente

*Abrahā pro
 Sodomis pre
 catur.*

Vltro audet dominū scrutari, an perderet urbem,
 Errantis populū per crimina cuncta nocentem,
 Si quinquaginta morū probitate piorum
 Spectatos aleret; quumq; ipsi diceret, illis
 Si numerū talē inuenio mihi parcere certū est.

Quid si quinq; minus fuerint, tum subdidit; & qd
 Si quadraginta soli; quid si minus illo
 Forte decē numero; Quid si bis quinq; dabuntur
 Innocui; non & tu vrbi Deus optime parces;

Quumq; etiā numero se vllē ignoscere tali
 Dixisset, famulum in medio sermone reliquit
 Tendentē vltcrius; seq; in sua regna recepit.

Gen. 19.

Dimissi interea ciues è sede superna
 Angelici in Sodomæ terras, Loth forte sedentē
 Ante fores vrbis, iam terris sole propinquo
 Inueniunt; qui quum miro splendore videret
 Angelicos radiare viros. descendere summo

*Loth angelos
 hospitio acci
 pit.*

E cœlo ratus, in terram prostratus adorat,
 Inuitatq; domum, noctemq; auertere tecto

Gen. 19.

Euincit precibus simul & conuiuere suadet.

Innocuosq;

Innocuosq; cibos, & pocula parca ministrat.
Dumq; epulis sumptis somno indulgere pararēt:
Ecce sub occasum lucis, noctisq; recursum,
Fœda manus vulgi si fas dixisse, virilis
Profilit, & iuuenum insanis pueriq; senescq;
Ignibus vruntur: Lothq; vt sibi tradat abuti
Hospitibus, cogunt: quid non vesana libido
Ausit? at ille volens populí mollire furorem
Infani, natas quibus illibata manebat
Virginitas offert quoscunq; optarit in vsus,
Ast effrena cohors in deteriora profundi
Lapsa mali, vicio sese immiscere minori
Vile putat, nisi se summis etiam implicet: ergo
Infandū vt patret facinus Loth opprimit: & iam
Vi maiore agitant quàm quæ virtute repelli
Humana valeat: quum protinus hospes vterq;
Angelicas nudant mentito corpore vires.
Et populí secum obcecata mente furentis
Loth retrahunt: inq; ipsa domus secreta receptū
Perdenda hortantur confestim abscedere terra.
Qui sint, quid veniant, & quæ præcepta ferentes
Mox explere velint, nil iam sermone patienti
Dissimulant: & ab hac se clade euadere saluum
r 3 Posse,

Posse, domumq; suā dicunt generosq; suosq;
 Colligere affines, & secum abducere mandant.
 Ast illos simili cum vulgo crimine tactos
 Inuoluit similis sententia sana monenti
 Credere dū nolunt: quāquā quòd credere nolūt
 Non est vt multū mirere, abscedere quū Loth
 Id quoq; ridiculum quod cōsuluere putaret.
 Quē lentum, pigraeq; moras sine fine trahentē,
 Hospes vterq; videns manibus cū cōiuge raptū.
 Virgīnibusq; suis, procul extra mœnia ducit:
 Et celerare iubet montesq; euadere in altos,
 Tali lege data, ne cœlesti igne flagrantes
 Post se respiciat quisquā male cautus in vrbes.
 Loth vero metuens montes ne tardius altos
 Aggressum velox cœli præuerteret ira.
 Ore Segor lachrymisq; petit secreta recessus
 Antra sui: lachrymas autē nō sensit inanes,
 Concessumq; sibi donum speciale salutis
 Pluribus impartit, meritumq; è munere fecit.
 Et iam non solitas raptim obducentia cœlum
 A patria virtute Deo miscente, coacta
 Nubila densarāt nebulas: sed quas rotat Aethna
 Quas vomit Inarime, atq; Apon⁹ feruētib⁹ vndis
 Exaltat

Loth pro Se-
 gor impetrat

Exaltat, quas vicino concussa Vesueo
Eructat tellus; Lyciæ quas seua Chymeræ
Ora sinu vasto trinæ fornacis anhelat,
Et quocunq; loco fallentia sulphura velox
Spiritus inflammās angusto tramite fusus
Effluit in lucem rupta tellure vaporans;
Nō quòd nō possit pluuias quoq; vertere i ignes,
Totum de nihilo potuit qui condere mundum;
Sed maiore bonus iudex damnare paratu
Mauult, quos miserens vrbis morumq; ruinae
Punit in exēplū; mox durum elementa minatur
Concurruntq; vndante globo; stipataq; flatu
Queq; suo coeunt flammārū pabula in vnum
Corpus, & infandas terras vrbesq; nocentes
Sulphurei testudo tegit curuata metalli;
Quā citus & vires angusto tramite fumens
Spiritus incussam, tanto crepitare fragore
Compulit, & crebro tonitrus agitāte corusco
Cōsternare animos, quotquot spectacula cernūt
Talia; quinetiā Loth heu, miserabilis vxor
Seu tanto stupefacta metu, seu stulta cupido
Illa fuit vetitum cōtra consurgere pactum
Fœmineis innata animis; quæ deniq; cumq;

Causa fuit, Sodomā inspectans se ponē ruentē,
 Confestim pœnas violata lege subiuit,
 In statuam conuersa salis, spoliataq̄ luce
 Sic animam infœlix cū corpore perdidit omni:
 Vt nullum extaret forma remanente cadauer.
 Vxor Loth
 in statuā salis
 uertitur.
 Gen. 19.
 Ocior inde Segor luctū prohibente timore
 Horrificoq̄ malo stupidus, mox ingredit̄ Loth.
 Tum sol; exoritur toto feruentior igne,
 Irato fulgore micans, radiosq̄ seueros
 Dirigit in Sodomā; qui postquā lumina flāmis
 Sodomæ &
 Gomorræ in
 cendia.
 Inuoluere suis, resolutaq̄ sulphura; nexos
 Secum præcipitant ignes, siccoq̄ liquore
 Gen. 19.
 Dispensata suis stillant incendia thedis.
 Fulmineus denso præceps cadit aëre nymbus
 Inuoluūtq̄ vrbes, & totis sequit̄ in agris.
 Admixto stridore tonat, vincitq̄ querelas
 Flammea tempestas; quæ postquā pabula terris
 Repperit incensis, ipsiq̄ infedit arenis,
 Erigit immensam coniuncto fomite metam
 Ignis, & à terris redeunt in sidera flammæ,
 In cîneres donec cautes tellusq̄ resultans
 Transeat, ac penitus merse soluantur arenæ.
 Depressisq̄ cauos consumpto cespîte campis
 Pandunt

Pandunt arua sinus, venisq; effusus apertis
Confocians vires, qui terras strinxerat humor
Priuatū gignit pelagus: Quidnā esse putemus
Quod raptim lacus est mira virtute refertus
Qui fuit ante rogas? sic omnipotētia summi
Iudicis in gelidas ignem conuertere lymphas,
Ac rursus lymphas ardentē possit in ignem.
Nec tamen hic occulta vacāt mysteria, nā quod
Vndæ hic sunt vbi flāma fuit: quod flāmea missis
Desuper extinxit lymphis: fortasse notabat
Luxuriæ calidos ignes, fomentaq; primi
Peccato contracta patris cœlestibus vndis
Extinctum quandoq; iri: proq; ignibus acris
Iustitiæ, quibus illa olim lex dura vigebat:
Saluificis purgatū iri & lustralibus vndis.

FINIS LIBRI TERTII.

r §

CLAVDII MARIII VICTO
ris Oratoris Mafsiliensis de peruerfis fuæ
ætatis moribus, Liber quartus
Ad Salmonem.



I domini tēplū supplex orator adisti,
Imo & custodē templi, populicq; ma-
gistrum,

Quot tu isthic homines, tot Christi al-
taria cernis.

Templū dei
sanctum est
quod estis
vos. I. Cor. 3.

Sed si collatis iuuat indulgere loquelis:

Hic habitat, tuus ille hospes mea viscera Theſbō

Cui fratrū ad requiem frondosæ vitis in antro

Herbida cespitibus sunt structa sedilia viuīs.

Dic igitur Salmon, quæ rerum nūc tibi fors est:

Quis patriæ status est: quid te delectet in illa:

Namq; agris, opibusq; hominū terræq; colonis

Nunc primum illæsa turbato fœdere vitæ

Barbarus incumbit: nec longæ ad secula vitæ

Constructæ profunt solido de marmore villæ:

Assumptæq; omnes vana in proscenia rupes.

Animi hostes
vicia.

At vero interior pestis, bellumq; profundum

Olim nos densa telorum nube fatigat,

Seuior & tantò, quātò est occultior hostis:

Et tamen

Et tamen (heu) si quid vastauit Sarmata, si quid
 Vandalus incendit, veloxq; abduxit Alanus,
 Ambiguís spebus licet & conatibus ægris,
 Conamur quandam in speciem reparare priorũ.

Illa autem nostro quæ sunt amissa periclo
 Negligimus, longoq; situ squallescere mentis
 Ignauí patimur: subiectaq; colla cathenis

Dedimus & manicis peccati præda ligamur.

Et prius est vitem purgare, abscindere fentes,

Hostia conuulsa, ac fractam renouare fenestram:

Quàm latos campos animæ, & præcordia cordis
 Excolere: & captæ collapsum mentis honorem.

*Qui facit
 peccatũ ser-
 uus est pec-
 cati.*

*Excolēdi ani-
 mi negligētia*

Nil hostis, nil dira fames, nil deniq; morbi

Egerunt, fuimus qui nunc sumus, ñsq; periclis

Tentati nihilo meliores reddimur vnquam:

Sub vitijs nullo culparum fine manentes.

Nil sanctũ est nobis nisi q̄stus: & illud honestũ est

Vtile quod fuerit: vitijsq; vocabula recti

Indimus: & parci cognomen sumit auarus:

Atqui confessis vicijs & crimine aperto

Non potuere suas virtutis imagine fraudes

Obtegere: occulto fouerunt vulnere plagas:

Quos terrena trahit sapientia nescia veri.

Quosdam

*Occultæ phi-
lofophiæ va-
nitas.* Quosdam infœlices qui decipit, incitat error:
 Dum causam inquirunt rerum, astrorūq; meatus,
 Quæ sit forma poli, quur longo flumina cursu
 Non pereant, latus iaceat quo limite pontus:
 Quæq; Deo tantum sunt nota, recondita cunctis,
 Scire volunt (heu grande nefas) et scire videntur.
 Ista quidem Salmon sunt nostri crimina sexus.
 Sed leuis est vestra viciorum morbus in vrbe:
 Si non foeminei magis exarsere furores,
 Antè diem Salmon tenebrisnox humida condet
 Quàm possim mores huius percurrere turbæ:
*Mulierū vi-
cia viris im-
putanda.* Quæ quum lege Dei vivunt, sub lege virorum:
 Proh pudor, haud vnquã sine nro crimine peccat.
 Nam nisi delictis faciles traheremur earum,
 Haud illas vicijs vellemus viuere nostris.
 Nec rigidas auro vestes, nec vellera Serum,
 Nec lapides toto quos fert mercator ab orbe,
 Fundorum precijs emerent suspiria mœsta
 Iungimus at vanas non est pudor addere, curas.
 Si grauis ignotis processit Lesbica gemmis,
 Et decies Passina nouo radiauit in ostro,
 Cōfestim ornatum sibi quæq; exposcit eundem.
 Ergo quòd varijs studeant occurrere formis,

Atq;

Atq; viris alios aliosq; opponere vultus:
 Nōne hæc culpaviri est: quidagūt in corpe casto ^{Mulierū phu}
 Cerussa, & minium, centumq; venena colorum: ^{cus dānatur.}
 Mentis honor, morūq; decus sunt vincula sancti
 Coniugij: si forma placet, venientibus annis
 Cedet amor, sola est senium quæ nescit honestas.
 Nam quod perpetuis discursibus omnia lustrāt,
 Quod pascūt, q; multa gerunt, q; multa loquūtur,
 Non vitiū nostrū est: Paulo & Salomone relicto
 Quod maro cātāt Phœnissē, aut Naso Corynne,
 Quod plausū accipiūt lyra flacci, aut scena Terēti
 Nos horum nos caussa sumus: nos turpiter istis
 Nutrimenta damus flammis: culpaq; caremus.
 Nāvelut acceptas referūt specula optima formas
 Sic exempla virūm vxores accepta sequuntur.
 Sed quur infœlix in culpa est fœmina tantum,
 Quum placeat stolido coniūx viciosa marito:
 Vnus vbiq; hostis diffuso turbine sæuit:
 Nec mirum est vinci belli terrore subactos.
 Quod si correcti sanum saperemus, & atris
 Libera mens nebulis Christo purgata pateret,
 Si falcem verbī cordi imprimeremus, & illinc
 Vellemus veterum viciorum abscindere nodos:
 Aduersus

Aduersus Crhisti famulos vis nulla valeret,
 Nec nos Riphæi profterneret arcus Alani,
 Nec seruile etiam subuerteret omnia bellum,
 Et qui nunc nostra crassantur clade superbi.
 Attamen in vestro populo non rara bonorum
 Turba viget, multosq; pios ecclesia nutrit.
 Sunt plane insontes multi, pater optime, quorum
 Esse velim similis; nec desunt in grege nostro
 Victrices reddat quas sexus vterq; coronas.
 Ac si quid patriam comendat, si quid in illa est,
 Quod iuuat; hoc vnum est, hæc sunt solatia vitæ.
 Nunc age Chare pater, cupido mihi fare vicissim
 Quæ te digna fatis requies susceperit: ex quo
 Te corde hinc gestans abij, tecumq; resedi,
 Nō equidē inuitus recolam mea gaudia Salmon:
 Nec te tatorum indicio laudabo bonorum.
 Sed iam conclusi nos admonet hora diei
 Surgere, & ad sacros sanctorū occurrere cœtus,
 Crastina lux verbis accedet libera nostris.

FINIS LIB. QVARTI.

*Addimus Lector optime ne uacarent pagine Carmen iambicū de
 sacro Christi corpore in eucharistia quod nup edideramus: insuper
 & Hendecasyllabon Diuo Leufredo sacrum quod olim in cuiusdā
 religiosi fratris gratiam lusseramus.*

IOANNIS GAGNEII

Parisiini Doctoris Theologi de Sacrosancto

Christi corpore in Eucharistia, & ad

illud sumendum præparatione

Carmen.

A Biturus vnde exierat ad Deum Patrem,
Sed nunquam ab eius dextera abscedēs tñ

Christus semper est ad dextera patris

Christus, nec vltra in orbe conspicuus suis

Visendus, ante iudicij extremum diem,

Obluio ne nos teneret ipsius

Mysterio occultum hocce *μνημόσυνον* sui

Corpus suum veneranda in Eucharistia

Voluit relictum: quod perennem gratiæ

Memoriam ab eius effluentis corpore

Suggereret, vnde chirographũ illud oblitum est

Hoc facite in meã cõmemorationem. Luca. 22.

Quod vniuersum hominũ genus constrinxerat,

Ut pignoris loco beatum hoc corpus, &

Velut arra quædam esset futuræ gloriæ,

Non ijs qui inanem prorsus illam & nesciam

Operum bonorum turgidi ostentant fidem:

Qua præter omnem industriam quidam putant

Nõ sufficere ad salutẽ solã fidẽ sed exigi à Deo opera.

Laborem & omnem posse se saluarier.

Quasi vt ociosi ac nullius frugis bonæ

Vitam

Vitam hanc inertem viueremus, tot probra,
 Tot flagra Christus, deniq; & diram crucem
 Tolerarit, ac non vt feracem & fertilem
 Operum bonorum vitam agamus & piam.

*Que crede-
 re oportet ac
 cedentem ad
 Eucharistiã.*

Accedite ergo, & duplicem adferte huc fidem,
 Dilectione, & charitate feruidam,
 Quicumq; digne mysticum hoc conuiuium
 Qua Christianum diligentia decet,
 Iuxtaq; tanti dignitatem ferculi
 Celebrare vultis. Itaq; primum id credite.

*Corpus Chri-
 sti succedere
 post Christi
 uerba sub pa-
 nis et uini spe-
 cies.*

Post sancta Christi uerba CORPVS HOC MEVM EST
 Sub panis & uini accidentibus procul
 Substantiis vtriusq; sublatis, sacrum
 Latere Christi corpus vna & sanguinem,
 Quinimo, & illum qualis in terris fuit
 Christum integrum. Nec te quia hic nihil vides
 Quod hominem, & ipsum pariter insinuet Deũ,
 Fefelleris; procul à sacro hoc mysterio

*Mera fide
 opus est in sa-
 cramento eu-
 charistiæ nõ
 ratione.*

Faceat omnis ingenij humani tumor;
 Nec syllogismis aut sophorum argutijs
 Ratione ue vlla prorsum & euidentiã
 Nitamur; isthic simplici mente est opus;
 Nam christiana nullum habet meritum fides,

Humana

Humana siquam præbet euidentiam
 Ratio: & beatos Christus illos iudicat,
 Qui crediderunt illa quæ non viderint.
 Quanquam infideles attrahendi gratia
 Testatum & istud aliquot exemplis Deus
 Voluerit, vt nil iam vel impij ambigant.
 Namq; ipsa debent omnibus non impijs
 Satis esse Christi verba, præualereq;
 Ratione, & omni prorsus euidentia.
 Ergo vt semel specularè quod nunc non vales,
 Hic esse Christum crede quem nunc non vides.
 Neq; id satis. Præterea oportet te vt probes
 Et conscientiam tuam explore: dein
 Admissa quorum non es immemor eluas,
 Parochi in aurem cuncta deponens tui.
 Hæc porro vbi peregeris, nil iam time,
 Nec conscientiarum inanes scrupulos
 Quos ille mentis carnifex tuæ obijcit:
 Sed tutus ad mensam hanc veni, Christi fide
 Et charitate armatus, et per hunc tibi
 Iri remissum quidquid ante admiseras,
 Securus esto: non quod vllis id tuis
 Tanquam tuis operibus assecutus es

Ioan. 20.

Peccatorū ex
 homologesis
 & confessio
 sacerdoti fa-
 cienda prius
 quam christi
 mensam adea-
 mus.

Cum cōfiden-
 tia adeunda
 Christimēsa.
 Non sumus
 sufficiētes co-
 Sed gitare aliqd

à nobis quasi Sed vnus Christi merita gratia.

ex nobis. Nam gloriari quopiam ex bono caue

2. Corin. 3.

Quid habes Quasi non ab illo acceperis: quin si sapiſ

quod nō acce Omnem magis illi gratiā acceptam refer

pisti si autem A quo & fides, & quidquid in nobis boni est.

accepisti quid

gloriaris qua

si nō accepe-

ris. 1. Cori. 4.

F I N I S.

HENDECASSYLLABON

Diuo Leufredo sacrum per Ioannē Gagneiū

Parisiinum Theologum.

Adesto huc animo fideli, & almo
 Leufredo pia vota nuncupato,
 Humano auxilio vsq; destitutus,
 Quæ te cumq; habet ægritudo prorsum.
 Reddi siue oculos rogas ademptos,
 Aut suum pedibus redire gressum,
 Aut linguæ officium suum reuertī,
 Munusq; auribus illud audiendi
 Seu fanaticus, ac leui cerebro es,
 Seu delirus & inquietus, illuc
 Quo Demon tulerit vagaris atq; huc,
 Et quisquis semel indigus medellæ
 Corporis simul & dolore mentis
 Affectus male habes, & vsq; peius,

Adesto

Adesto huc animo fideli, & almo
 Leufredo pia vota nuncupato.
 En turbę male habentis, & relictae
 Quot examina pristinae videmus
 Et menti semel atq; sanitati
 Leufredi merito esse restituta:
 Quamquam ex innumeris, & ijs vetustis,
 Tantum haec pauca tibi apparare visum est.
 Quod si facta iuuant recentiora
 Nec gestis adhibes fidem vetustis,
 Hic dies age pauculos, beati
 Leufredi ad tumulum & statim videbis
 Quam non sim tibi vanus, atq; mendax:
 Quin maiora etiam videbis: ergo
 Despondere animum caueto, si qua
 Usquam te premit aegritudo, sed mox
 Adesto huc animo fideli, & almo
 Leufredo pia vota nuncupato.

EXCVDEBANT LVGDVNI MELCHIOR
 ET GASPAR TRECHSEL FRATRES

1 5 3 6

IVDEX MATERIA-
RVM SCITV DIGNI-
SIMARVM IN HOC
LIBRO CONTENTA-
RVM.

A



Belet Cain sacrifici-
cū pagina 204.
Abel christi figu-
ra. 204.
Abel occidit. 205.
Abraham. 229.
Abraham de hur chaldeorum
egressio. 230.
Abrahā in ægyptū trāsīt. 231.
Abraham victoria 235.
Abrahā pmis. facta a deo. 236.
Abram fides. 236.
Abrā ad agar ingreditur. 239.
Abrahā et Sarai mutantur no-
mina. 241.
Abraę ex Sarra promittitur.
filius. 241.
Abram 3. vidit et vnum adora-
uit. 243.
Abram pro sodomis deprecas-
tur. 244.
Adę formatio. pagina 4.
et pag. 182.
Adę somnus christi mortē pre-
figuravit. 8.
Adę preuaricatio. 27. et 191.
Adę et Euę aperiunt oculi. 35.
Adę metus ad vocē dñi. 37.
Adę corpus resurgentium ad
gloriā corporū figura fuit. 182.
Adę excusatio. 39.
Adę cōdemnatio. 43. et 96.

Adę et euę expulsiō. 44.
et. 196.
Adam cognoscit euam. 203.
Ægypti pestes et plagę. 91.
Ægypti questus. 99.
Æthiopes. 10.
Agar. 239.
Agar insolentia. 239.
Agar fugit in solitudinē. 240.
Altare primū deo sacrū. 217.
Angelorum officia. 64.
Angelus exterminator. 97.
Angelus mulieres consola-
tur. 133.
Angeli mali potestas mul-
tiplex. 18.
Angelorum libertas. 170.
Animę creatio. 7.
Animi hostes vicia. 250.
Animi excolēdi negligētia. 25.
Anna mater samuelis. 123.
Aquarum et terrę diuisio. 2
et. 177.
Arbor vitę. 185.
Arbor sciētę boni et mali. 15.
et 185.
Arbor sciētę inhibetur adę. 15
Archa Noë ædificari præci-
pitur. 67. et 200.
Arche quātitas et qualitas. 67.
et. 200.
Arche fabricatio. 69. et 211.
Archa Noë christi prefiguratur
ecclesiam. 78.
Arcus fœderis. 83. et 219.
Arcus fœderis christum pre-
figuravit. 84.
Arma christiani hominis. 139.

A

Aspidia virge. 125.
 Audentia auiti mater. 122.
 Audentia fusciam a cunabulis christo vouet monialē. 122.
 Auium creatio. 2.

B

B Abel turris molitio. 61. et 225.
 Baptismus vnus vnico diluuiio significatur. 83.
 Baptisimi et ecclesie figura. 85.
 Baptisimi figura. 118.
 Baptisimi vis et efficacia. 119.
 Bellum aduersus sodomā. 233.
 Bruchus et locusta in egypto. 94.
 Brutorum creatio. 2.

C

C celi nomen vnde. 177.
 Caim inuidia in Abel. 205.
 Caim primus mortis illator. 205.
 Caim poena. 206.
 Cham iniquitas. 220.
 Cham primus seruus. 220.
 Chebron. 232.
 Christi sanguine agni sanguis prefigurauit. 96.
 Christum dormire quid sit. 165.
 Christi mater esse possumus. 132.
 Christus mulieres consolatur. 135.
 Circūcisio abrahe precipitur. 241.
 Claudij marij victoris vita. 167.
 Columbe prima emissio. 80.


Columbe 2. emissio. 81.
 Columna ignea precedens heros. 104.
 Columna nubis. 105.
 Cornelij papae ad lupicinum epistola. 165.
 Coruus emissus figura iudeorum. 81.
 Curiositas a xia cepit ab adā. 28.
 Cynifes in egypto. 93.

D

D Auidis gratia coram rege assyriorum. 153.
 Daniel in lacum leonū mittitur. 154.
 Daniel saluus euadit a laesca. 155.
 Daniel iudicium aduersus seniores. 155.
 Daniel susannam liberat. 155.
 Debborae virtus. 138.
 Deū poenitet facti hominis. 62.
 Deo seruiendum ab adolescentia. 122.
 Dei predicata varia. 168.
 Deorum multitudo vnde. 191.
 Dei clementia. 193.
 Deo debitorē se nobis facit. 170.
 Deo placent nra munera. 218.
 Diaboli potestas et astutia. 18.
 Diaboli inuidia. 19.
 Diabolus serpētem assumit. 21.
 Diaboli condēnatio. 41. et 194.
 Dies prima creatur. 176.
 Dies 2. 176.
 Dies 3. 177.
 Dies 4. 178.
 Dies 5. 179.

Dies 6.	179.
Dies 7.	181.
Diem resurrectionis dies 7. præ figuravit.	181.
Diluuium.	75. et 212.
Diluuium cessat.	80.
Diuitis crudelis hystoria.	46.
Dominus reprobat cōsilia principum.	108.

E


 clesia figuratur in archa Noë.	78.
Ecclesia nauis.	163.
Enoch raptus in cælū.	64. et 207.
Enos.	207.
Expositio loci illius lucæ ij. Petite et accipietis quærite et dabitur vobis pulsate et aperietur vobis.	62.
Expositio mystica christi in nauis dormientis et tempestatis exortæ.	163.
Eucharistiæ probatio et confirmatio.	255.
Eucharistia rationem et experientiam non desiderat.	256.
Eucharistiam confessio peccatorum debet præcedere.	257.
Eucharistia sumenda cum fiducia.	257.
Euæ formatio.	8. et 189.
Euæ tentatio a serpente.	22.
Euæ seductio.	25.
Euæ A dam peruertit.	27.
Euæ excusatio.	40.
Euæ cōdemnatio. 2. 4. 2. et 195.	
Eua quæ ex costa sc̄tæ. est.	190.

Eugeniæ hystoria.	146.
Euphrates.	186.

F

 iculnea a christo maledicta.	142.
Fidem solam non sufficere ad salutem.	255.
Fides duplex circa eucharistiam.	256.
Firmamenti creatio.	176.
Flumina ægypti in sanguinem conuersa.	91.
Fluuus paradisi.	13.
Fons paradisi.	12. et 185.
Fuscina viennensis.	125.

G

 abriel archangelus.	65.
Ganges.	14. et 185.
Genesis caput primum exponit.	176.
Genesis cap. 2.	182.
Genesis cap. 3.	190.
Genesis cap. 4.	203.
Genesis cap. 5.	207.
Genesis cap. 6.	208.
Genesis cap. 7.	212.
Genesis cap. 8.	217.
Genesis cap. 9.	218.
Genesis cap. 11.	224.
Genesis cap. 12.	229.
Genesis cap. 13.	232.
Genesis cap. 14.	233.
Genesis cap. 15.	236.
Genesis cap. 16.	239.

A ij

Genesis cap. 17.	240.
Genesis cap. 18.	243.
Genesis cap. 19.	244.
Gentium dispersio.	227.
Germinantium creatio.	2.
Gigantes.	60.
Gigantum fabulosa com- menta.	60.

H

H Abaculz dauidi prandiū adfert e iu- dæa ī babilonē. 154.	
Hebræorum affli- ctio a pharaone.	80.
Hebræi ægyptios spoliāt.	100.
Hebræis neque vestimenta ne- que calciamēta annis. 40. mi- nuuntur.	105.
Hebræorum egressus ab ægy- pto.	102.
Hebræi murmurant in Mo- sen.	110.
Hebræa lingua in solo Heber genere remansit.	223.
Helias in cœlum raptus.	64.
Homilia auiti de festo rogatio- num.	159.
Homini potestas a deo cons- cessa.	6.
Homo ad similitudinem factus est dei.	3. et 180.
Hominis partium singularum formatio.	5. et 6.
Homo ad maiora bona per christum recreatus est q̄ erat creatus.	172.
Homo immortalis creat⁹.	187.

I

I A hel virtus.	139.
Idololatria vetis- ta.	7.
Idololatriæ ini- tium.	223.
Impietas hominum tempore Noë.	57.
Ioachim probitas et autori- tas.	150.
Ionæ submersio.	72.
Ionæ predicatio.	72.
Ioseph stupri accusatur.	149.
Ioseph incarceratur et libera- tur.	149.
Isaac.	242.
Ismael.	242.
Iurgium inter pastores loth et Abraham.	232.
Iudei per coruum Noe signifi- cantur.	81.
Iudicum seniorum luxuria.	151.

L

L Atronis in cruce confessio.	55.
Lazari mendici- tas.	46.
Lazari mors.	47.
Liberum arbitrium non incu- sandum	171.
Libri sacrae scripturae.	140. & 141.
Lignum mortem et vitam at- tulit.	36.
Linguarum diuitio.	226.
Locustæ in ægypto.	94.
Loth probitas.	31.

Loth vxor in statuam salis. 33
 et 248.
 Loth et Abram habitationes
 partiuntur. 232.
 Loth angelos hospicio acce-
 pit. 244.
 Loth pro segor impetrat. 246.
 Luciferi superbia et ruina. 18.
 et. 171.
 Lunę et solis creatio. 2.

M

M Achabeorum ma-
 tris cōstantia. 126.
 Magiæ initiū. 29.
 Magi ægyptij. 89.
 Mamertus vien-
 nensis. 160.
 Māna figura eucharistię. 106.
 Maria virgo et mater dei. 131.
 Maris rubri diuisio. 112.
 Marſi populi valent incanta-
 tionibus. 29. et 30.
 Marſi circe matre gloriant. 30.
 Matrimoni lex. 9.
 Matrimonij incommoda. 129.
 et. 130.
 Melcisedech christi figura. 235.
 Miracula per D. leuffredum
 facta. 258.
 Moyſi virga in serpētē v̄sa. 88.
 Moyſi virga. 106.
 Monasticę preſſi officiū. 129.
 Mulieris cum serpente inimici-
 tię perpetuę. 41.
 Mulierū parturiētū poena. 42.
 Mulierum erga christum affe-
 ctus. 133.
 Mulieres christus honorauit.

et amauit. 132.
 Mulieres christum vngūt. 133.
 Mulieres resurrect ionis nunc-
 cię. 135.
 Mulieres docēt apostolos. 132.
 Mulierum vicia viris imputan-
 da. 252.
 Mulierū phucus dānatur. 253.
 Mundum non esse fortuito fa-
 ctum. 175.
 Mundū non esse æternum. 175.

N

N Em roth. 222.
 Nilus. 13. et 185.
 Nili inundatio. 13.
 Niniuitarum pœ-
 nitentia. 73.
 Noë probitas. 63. et 209.
 Noë inebriatur. 220.
 Noë mors & anni. 221.
 Nuditas pudibunda non frui
 natura integra. 17.

O

O Ratio ad Chri-
 stum. 54.
 Originale pecc.
 tum. 1.
 Originalis pecca-
 ti effectus. 1. & 50.

P

P Arabola pastoris
 ouē reducētis pa-
 labundam. 53.
 Parabola filij p-
 digi. 53.

A iij

Parabola samaritani. 54.
 Parabola patris familias seruis
 suis talenta distribuentis. 136.
 Parabola decem virginū. 143.
 Paradisi terr. descrip. 11. & 183.
 Paradisi terrestris vbertas &
 delitiæ. 16. et 183.
 Peccati seruus qui facit pecca-
 tum. 251.
 Pestis ægypti. 93.
 Petra percussa Christum figu-
 rat. 106.
 Pharaonis superbia. 81.
 Pharaonis & ægyptiorū sub-
 mersio. 116.
 Pharao sarai vxorē capit. 231.
 Phase institutio 96.
 Philosophiæ occultæ vani-
 tas. 252.
 Phœnicis natura. 12.
 Pij pape ad Iustū viennensem
 epistolæ duæ. 164. & 168.
 Piscium creatio. 2.
 Pœnitentiam non esse differē-
 dam. 117.
 Portenta Christo moriente vi-
 sa. 133.
 Præceptum primum homini fa-
 ctum. 15.
 Prodigij filij parabola. 53.
 Primogenitorum ægyptiorū
 mors. 97.
 Pueri 3. missi in fornā ignis. 153

R


 Rogationum pri-
 ma institutio et cau-
 sa. 160. & 161.
 Ranæ ægyptiæ .
 pagina 92.

Rubus incombustus. 87.

S



Abbatū æternum
 dies 7. prefigura-
 uit. 181.
 Sacrificiorum ius-
 daicorū initiū. 96.
 Salutis arcta via est. 128.
 Samaritani parabola. 54.
 Sanguinis humani vetita effu-
 sio. 219.
 Scrupuli inanis tollendi sacro-
 sanctam Christi mensam ad-
 eunti. 257.
 Seth. 207.
 Serpentis astutia. 190.
 Seruitutis initium. 74.
 Seueriana virgo. 125.
 Similitudo pulcra. 58.
 Sisara rex occiditur. 139.
 Sodomorū lasciuies. 31. et 245.
 Sodomitæ vincuntur. 234.
 Sodomæ & Gomorræ incen-
 dia. 248.
 Solis & Lunæ & astrorū crea-
 tio. 2. & 178.
 Susannæ virtus et hystoria. 150.

T



Talenta commissa
 seruis a patre fami-
 lias quid signifi-
 cent. 137.
 Tenebræ ægy-
 pticæ. 94.
 Terræ et agrū diuisio. 2. et 177.
 Terra maledictus. 43.

Thare pater abraham. 229.
Tonitrua & fulgura in ægypto.
94.
Trinitas exprimitur. 168. 174.

V



Ires cuiuslibet animanti indita. 188
Virginum 10. parabola. 143.
Virtus exercenda. pagina 128.
Vita hominum brevis. 208.

Vita hominum fragilis, & lubrica. 127.
Viennenses visis & portentis & incendijs affliguntur. 160.
Vlcera in animalibus ægypti. pagina 93.
Volucris ex aquis genita. 179.

Z


Zacharias mutus. 65.


Finis indicis.


¶ Erratorum Recognitio.

Pagina. 14. villo. lege illo. pag. 30. pulsant. leg. pulsat. Pa. 32. Quæ me ruere feret. leg. Qui meruere ferent. Pag. 34. quam presserat. lege quæ. Pag. 62. transcendit. lege transcenditur. Pa. 73. ardentes. lege ardentis. Pa. 74. mūdū. lege nōdū. Pag. 82. auū. leg. ānū. Pa. 84. mittet. leg. mittēs. Pa. 89. monēs. leg. mouēs. Pa. 118. tenuis. leg. tenuis. Pa. 119. æquum. lege æquus. Pa. 120. vouerat. leg. voluerat. Pa. 122. canis. lege cunis. Pa. 134. limina vultus. lege lumina. Pag. 142. arbor. lege arbore. Pa. 145. adiectæ. lege abiectæ. Pa. 152. Qu. lege Qui. Pa. 155. placet. lege ploret. Pa. 157. æstu. lege æstus. Pa. 16. flāminarū. leg. flāmarū. Eadē medicamine. leg. medicamini. et sancto. leg. sancti. Pag. 190. exaltās. leg. exultās. Pag. 202. tumidi. le. timidi. Pa. 112. Lybiæ. leg. libie. Pa. 222. create. le. orare. Pa. 227. parenti. lege parentis. Pa. 231. Extruit aruis. lege aras. Pag. 237. trinam. lege trimam. Eadem amnis. lege annis. Pag. 243. angusta. lege augusta. Pa. 244. cognoscet. lege cognosset. eadem velle. leg. velle. Pag. 258. Indignus. lege indigus. Pag. 153. compescuit leonum. lege compescuit ora leonum.

A iij







1517
1518
1519
1520
1521
1522
1523
1524
1525
1526
1527
1528
1529
1530
1531
1532
1533
1534
1535
1536
1537
1538
1539
1540
1541
1542
1543
1544
1545
1546
1547
1548
1549
1550
1551
1552
1553
1554
1555
1556
1557
1558
1559
1560
1561
1562
1563
1564
1565
1566
1567
1568
1569
1570
1571
1572
1573
1574
1575
1576
1577
1578
1579
1580
1581
1582
1583
1584
1585
1586
1587
1588
1589
1590
1591
1592
1593
1594
1595
1596
1597
1598
1599
1600

Th
5815